

118225⁹
GALENI

OMNIUM OPERUM


QUARTA CLASSIS.

*Quae ad tenendam valetudinem tum in alimentis & victus ratione, tum ad
excretionibus, & vita instituta referuntur, omnia hac quarta classe
continentur.*

In qua nos libros, quos omnes nuper de graecis latinis faciendos, & innumeris
mendis purgandos curavimus.

Qui autem libri in ea sint uersa pagina demonstrat.

CUM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Vincentium Valgrifium.

M D L X I I.

110674


G A L E N I O M N I V M O P E R V M Q V A R T A C L A S S I S.

*Quæ ad tuendam valetudinem tum in alimentis & victus ratione, tum ad
exercitationes, & vitæ instituta referuntur, omnia hac quarta classe
continentur:*

*In qua nos libros fere omnes nuper de græcis latinis faciendos, & innumeris
mendis purgandos curauimus.*

Qui autem libri in ea sint uersa pagina commensurat.

C V M P R I V I L E G I I S.



V E N E T I I S,
Apud Vincentium Valgrifium.
M D L X I I.

Quarta Classis hæc continet.

G ALENI utrum ratio valetudinis tuendæ ad medici, an ad exercitoris artem pertineat, liber, qui Thrasybulus inscribitur. Io. Baptista Rasario, interprete.	fol. 2
De alimentorum facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete.	10
De bonitate uitioq; succorum, lib. Io. Baptista Rasario interprete.	35
De attenuante uictus ratione, Martino Gregorio, interprete.	41
De pituita lib. Io. Baptista Rasario interprete.	44
De parua pilæ exercitatione, Valerio Centannio, interprete.	46
De tuenda sanitate lib. sex, Thoma Linacro interprete.	47
De consuetudine lib. Ioan. Baptista Rasario, interprete.	85

Omnes hi libri singulari cura, studioq; incredibili sunt cum græcis a Rasario collati, atque emendati.

GAL. VTRVM RATIO VALETVDINIS TVENDÆ AD MEDICI AN AD EXERCITORIS ARTEM PERTINEAT. LIBER QVI THRASYBVLVS INSCRIBITVR.

Io. Baptista Rasario, Medico Nouariensi, interprete.

Ut quæq; res inueniatur.

Cap. 1.



DE quaestione, quam Thrasybule proposuisti, nõ alia ex tpe habui, quæ dicerem; alia, quæ hisce cõmentarijs cõtineant, nõ in. n. plane, me eadẽ semper ijsdẽ de rebus asserre neq; quicquã conari, cuius neq; methodũ didicim, neq; in ea sim aliquãdiu uersatus. ac principiũ quidẽ inuentionis nõ in hac modo tractatione, qua de agimus, sed in ceteris etiã oĩbus, ducit, ut quid sit id, de quo queratur, cognoscamus. ceterũ cognitio ipsa duplex est: nam uel solã rei notionẽ, uel et essentiã cognoscimus. quæ nõ uero sit horũ mutua differẽtia, in libris de demonstracione, ubi alias quoq; methodos omnes exposuimus, est a nobis copiose conscriptum: id quod non fecus in præsentia uel ex ipso usu intelligitur.

Quomodo quaestio de tuenda ualeudinis ratione proponenda sit.

Cap. 2.

CUM autẽ hæc sit, pposita quaestio, utrũ salubris pars ad medicinã an ad gymnasticã pertineat, tuque meã aueas hac de re audire sententiã, quod dices, te Medicos, exercitoresq; inter se cõtroversantes, p sepe audiuisse: in primis petij abs te, mihi rãderes, quã notionẽ singulis hisce noĩbus, medicinã gymnasticã, & salubri tribueres: ne tu de alijs rebus audire cupias, ego de alijs edisseram: itaq; de solo noĩe, nõ itẽ de re nobis instituãt oratio. tu autẽ rẽ silẽtio præteristi, ac me oĩa, quæ dici de oĩbus possent, loqui oportere existimasti. re uera tũ nõ itã est. nõ hoc modo nõ unũ, sed multa proposuisses: primum quid medicina; deinde quid gymnastica; tertio quid salubre sit an uero, hoc potissimũ in cõtroversiam adducẽ, utriusq; artis prædictarũ hoc sit officium, quanquam hoc etiã quartum nõ esse ita absolute proponendũ monui, ad utrãq; artẽ salubre pertineat, sed statim addendum esse, utrius sit siue propriũ, siue familiare, siue pars, siue ut ut aliter libeat: futurũ. n. etiam inde aliquod initium, quo res, de qua queritur, inueniatur. si. n. ita perfecte ppositũ sit, ut mehercule quærat, nunquid ad medicinã, an ad gymnasticã salubris pertineat, ubi horũ trũ noĩum medicina, gymnastica, salubrisque significacionem exposuerit, erit etiã quarto loco declarandũ, quid familiare significet: & qua id ipsum regula dignoscat. sed ut hoc sit rei ppositæ propriũ, certe explicare quid medicina, quid gymnastica, quidq; salubre sit, eius proprium non erit: sed de eis inter nos conueniat, necesse est: quã ob rẽ cũ tu hoc unũ, quod proposueras, explicare tũ uelles, uiderẽ autẽ te in rãdendo hesitantẽ, philosophũ quẽdã, de numero eorũ, qui in differẽdi rone se exercuerũt, qui fortuito in sermones nostros incidere, rogauĩ mihi ille ut rãderet: quĩ cũ ille sine mora fecisset, oĩaq; recte rãdisset, pposita quaestio, ut tute scis, facile est a nobis expedita.

Qua ratione inductus ad huius libri consuetudinem animam appulerit.

Cap. 3.

QUO sane tẽpore magnã te ex ea sermonum methodo uoluptatẽ statim cepisse aĩaduerti: & citius quã esses opinione cõsecutus, id ipsum inuentũ est, quo de quærebatur: ac postea semper a me uehementer cõtendisti, deniq; me nõ admodũ promptũ ad horũ sermonũ scriptiõnẽ cõpulistĩ, & cogitãtĩ. nõ neq; hoc unũ solũ ppositũ accurate explicatũ scriptis esse mādandũ existimabã: neq; ad cetera oĩa pari diligentia tractãda rẽpus suppetebat. quocirca quod ego in me ipso facere sum solitus, id satis et nobis amicis fore iudicauĩ: uia ostẽderẽ, quã insistẽs q̄spitã, nõ hoc solũ ppositũ, sed alia itẽ oĩa distinguat.

Disserendi rationem magno esse nobis ad quaestiones explicandas adiumento.

Cap. 4.

SI quis autem sit in differendi ratione, ut philosophi uocant, diligenter uersatus, is orationẽ quaestio-nera æque pertractare poterit, atque discurrere. quod si quis sine ea cognitione commẽtarios, in quibus res pposita tractantur, perlegerit, profecto nihil aliud egerit, quã ut tempus frustra consumpserit: quippe cum nec quæ uere, nec quæ falso dicta sint, sciat discernere: nec omnium, quæ ibi scripta sunt, esse memor possit. sed quoniam semel ppositam quaestio-nẽ, cuius nuper est facta mentio, explicare sum aggressus, initium dicendi sumam.

Quomodo medicina, gymnastica, & salubris pars definienda sint.

Cap. 5.

SI igit quẽpiã roges, quid medicina sit, itq; autẽ eẽ egerũ curatiõnẽ, & sanorũ cõseruariõnẽ respõdeat, is pfecto quod cõtroversum est, p apertõ accepisse uidebit, eũ salubre, medicina partẽ esse asserat. sicut rursus, si quis medicinã egerõtũ solũ curã gerere dixerit, is quoq; alio modo pmanifesto sumperit.

QUARTA CLASSIS.

A 2 id, de quo

Utrum modo salubre, modo sanum, modo, quod

ad, de quo dicitur, cum a medicina salubre se iungat, simili quoque modo qui gymnasticam esse sanitatis conferre uarietate conuenit, quod in quaestione ueritate, pro manifestis adhibebit: sicut et qui boni habitus ipsam esse effectricem statuatur, idem, pro claro afferet, de quo est instituta controversia. etenim qui arte definitione, aut descriptione uelit explicare, is aut rejicere, aut afferere id, de quo dicitur, sine demonstratione non debet: sed sumpto aliunde a rebus perspicuis initio, dare opera, ut re proposita demonstrat, an igitur praestat dicere, medicinam esse, cuius finis sit sanitas: gymnasticam, cuius finis sit bonus habitus: hasque descriptiones principia quaestionis statuere? sed hoc est modo salubre a gymnastica auferemus, perinde ac res sit in promptu: & in medicina obscurum adhauc, & controversum id, quo de agebatur, relinquemus. si enim sanitas huius est artis finis, fortasse poterit adhiberi distinctio, ut finis eius statuatur, ut non iam praesens conseruetur, sed quae non est, efficiatur, atque gignatur. hinc enim in utraque parte argumenta superent, si quis uti inductionibus uelit. nam si probare uelimus ad eandem arte pertinere & efficere quidpiam, quod prius non erat, & quod factum sit, salubri conseruare: id faciemus arte domorum, & nauium construendarum, arte fabricorum, & ita feruaria commemorata. si ad aliam pertinere, opus efficere, ad aliam id ipsum salubri conseruare, texedi & luendi artes afferemus: quibus etiam ars cerdonum, & ueteramentaria (sic enim appellant ea, quae fracta calciameta reficit) accedat. alterius enim artificis uideatur esse, uetimenta efficere, alterius lacernata restituere: ut etiam noua calciametra efficiat cerdo, fracta restituit ueteramentarius. nos tamen in libris de demonstratione docuimus, ad demonstrationes, quae scientiam gignunt, inductiones adhiberi non oportere. quocirca qui se in illis exercuerit, is uiam huiusmodi contemnet: aliamque meliorem perquiret. qui uero uersatus in illis non sit, is alterutram partem, quam uelit, sibi deligens, habebit de quo rotum diem altercetur.

Et artes in humano corpore multiplices sunt.

Cap. 6.

Iam uero praeter superiora, alia etiam quaestio, eaque non mediocri existet, si medicinae finis, ut sanitas efficiat, non seruet, atque custodiat: gymnasticae uero bonum habitum statuamus. ita enim opinor, quispian cogatur, ut sanitatis, sic boni habitus aliam seruatricem, aliam effectricem arte ponere. hoc si sit, duas alias artes necessario persequamur, alteram medicinae, sanitatis conseruatricem; alteram gymnasticas, boni habitus custodem. uerum cum bonus habitus duplex sit, ut alibi docuimus, uerius sit effectrix gymnasticae, naturalis ne, an athletici, difficile est ad distinguendum. an planum est, alias duas artes nobis esse necessario perquirendas, atque ita sex iam omnes numero erunt: tres finem efficietes, tres conseruantes. nam tribus constitutis finibus medicinae, habitus naturalis, habitusque athletici, ad eum numerum ascendat artes necesse est. quod si diuersis opus sit artibus, quia & habitus inter se, & a sanitate differant: certe profus necesse erit, cum duplex sanitas sit, quantum altera ex habitu, ex affectione altera nomine, duplices quoque artes esse. bonus enim habitus non plus sanitatem, quae ex habitu, minus uero eam, quae ex affectione dicitur, superat.

Probat sanitatem esse in habitu, & in affectione: & item esse bonum habitum.

Cap. 7.

Hoc autem euidenter cognoscet, si cuiusque eorum naturam diligenter considerabis: quam ad hunc modum expendes: ueniat tibi alicuius eorum aegrotantium in mentem, quos saepe uideris: qui grauius aegrotant: & uuper sit a morbo liberatus. esto autem is gracilis, & ad motiones imbecillus, ut esse sit opus aliorum adiuuamento. is cum iam non aegrotet, medela non indiget: sed refectioem postulat quamdam, & robur, ut & robustus, & simul ad naturales actiones obeundas aptus reddatur, & externas iniurias ferre queat. est enim perspicuum, eum ita affectum, ut nunc affectus est, cum primum est morbo solutus, neque calorem, neque frigus, neque uigilantiam, neque crudelitatem, neque aliud quicquam esse larurum: sed leuissima de causa iterum in morbum esse casurum, ut pote qui neque tutum, neque firmum adhuc salubrem sit statum consecutus. ac licet stabilior fiat, & in habitu sit, nondum tamen bonus est habitus. assumptione autem boni, bonus habitus efficitur: ac definit esse affectio uitiosa, & inutilis. nam non posse satis pro uita actiones obire, ac facile laedi, affectio uitiosa, & inutilis est. si uero neque actiones impediantur, neque corpus facile laedatur, tunc sanitas erit, quae in habitu dicitur: definitque uitiosa, & ad actiones pro uita obeundas inutilis esse: illud uero laudabile nondum nata erit: nanciscetur autem, si praeterquam quod non iam debilitate actiones obibat, etiam robur quoddam intigne assumptione. sanitas enim, quae in habitu est, media est, si actiones spectes, inter sanitatem, quae in affectione est, & bonum habitum. nam si sanitas, quae in affectione est, infirmas actiones habet, bonus uero habitus robustas, ac sanitas, quae in habitu est, nondum robustas quidem, sed non tamen adhuc infirmas, perspicuum est, cum sanitas in habitu media sit, eam ad omnes uitae actiones utiliore esse, quam quae in affectione est, licet summa uirtute non sit praedita: quae est soli bono habitui attributa. haec autem ordine quodam uelim perpendas: primum noxam actionis, quod in morbo contingit: alterum quidem extra noxam, sed propter imbecillitatem inutile; quod in sanitate, quae in affectione est, reperitur: tertium imbecillitate liberatum, nondum tamen robur consecutum: ut in sanitate, quae in habitu est, cernatur: postea uero quartum, seu bonus habitus sit quaedam uirtus actionum. summitas uero & perfectio earum est bonus ad summum habitum. itaque ars, quae hominem ad salubrem habitum perducit, diuersa nimirum est ab ea, quae ipsum curauit: eum hoc scilicet concessum sit, diuersis finibus constitutis diuersas artes esse: & singulorum duplicem, alteram effectricem: conseruatricem alteram. ex quo patet, totam quaestionem nobis modo propositam esse finis notione comprehensam. quae ob rem quaeque, definitiones a fine ducuntur, non mediocres dubitationes gignunt.

A definitione

ad ualiditatem uentem pertinet, conuenit: perinde rei esse ad monitum uoluit, ne quid diuersum esse existimares.

A definitione, quae ex fine oritur, explicare quaestionem conuenit.

PRaeiterit igitur fortasse ad ipsam artis essentiam accedere, ipsamque inicitu quaestionis statuere, quod igitur est medicinae esse quispian salubrius, morbosorumque scientiam confirmabit. sed ita quoque salubre in promptu, tanquam medicinae pars sit, acceptum uidebitur. quam ob rem aduersarij, ut ego quidem puto, nonnulli medicinam esse tantummodo morbosorum scientiam, concedent. uerum eos in primis illud praeterit, unam esse omnium aduersorum scientiam: ac qui morbosa uoluit, eum salubria quoque necessario cognoscere. at hoc, ut quod illorum superet intelligentiam, omittamus: secundum uero eorum, quae nesciunt, afferamus: ut forte consequatur, quod quaeritur necessario in medicinae definitione non comprehendit. potest enim quispian medicinae homonymiam distinguere, tam ostendere, medicinam esse scientiam corporum sanitate fruuentium, & signorum indicantium, & causarum facientium: non tamen ei licebit docere, eam nobis tradere conseruantia, contra, quam proposita quaestio exigit. quam ob rem qui huiusmodi fallacias afferunt, ij uidentur, neque id, quod in quaestione ueratur, accurate scire, neque quod salubre signum appellerimus, quod aegrotis adueniens, futurae sanitatis esse nota; neque, causam, quae aegrotis adiuncta, ualitudinis est efficiens: qualia nimirum sunt omnia remedia; neque corpus, quod sanitate caput, salubre a nobis dici: quorum omnium nulla societate eum proposita quaestione praeterquam nominis, coniuictorum, medicus habet scientiam. proposita enim nobis initio quaestio est, utrum medicus custodiam salubrium praestit, an hoc sit exercitoris proprium, ut paulo ante ostensum est, cum huius quaestiois iudicium in finis peruestigatione esse positum diceremus. utrum enim sanitas absolute sit medicinae finis, sine quid eam, quae non sit, efficiat: uel praesentem tueatur, nihil interest. nec si medicinae solum sit efficere, gymnastica uero conseruare, ita quoque de gymnastica quaeri poterit, utrum bonus habitus, aut sanitas, aut alterutrum creatio, aut custodia eius finis existat.

Et septem artes circa humanum corpus reperiuntur.

Cap. 9.

Uerum, ut superior docuit oratio, si unam excedamus, periculum erit, ne circa humanum corpus septem statuamus: ac primam quidem, & apertissimam, ac fere solam conseruata uacarem, quae morbos curat, duas alias, quarum altera a sanitate, quae in affectione est, ad eam, quae iam in habitu est, perducit, altera quae eam in eo statu conseruat: tum alias duas, quae simili modo in bono habitu uersantur: ut altera eum efficiat, altera conseruet: ad quas aliam itidem duam accedent, quae athletarum bonum habitum continebant. appellamus enim simpliciter bonum habitum, qui naturalis est: non simpliciter uero athleticum, qui non naturalis est: sed semper cum adiectione, quemadmodum Hippocrates facit, ut cum ait, athletica affectione non naturali salubris habitus est melior. & alio in loco, in gymnasticis inquit, boni ad summum habitum, fallaces sunt. sed in athleticis, gymnasticisque corporibus, ac gymnastica corpora nunc intelligenda sunt, non eorum, qui quouis modo se se exercent, ut qui fodiunt, qui remigant, qui metunt, aut aliud humanum, naturaleque opus tractant: sed eorum, quibus hoc studium est, ut sese exercendo contra uim athleticam aduersariorum muniti sint. cur uero huiusmodi affectio non naturalis sit, alibi exposuimus. quod igitur ex hac oratione bonum emanat, est, quod modo dicebam, septem circa humanum corpus artes iuuuas, unamque summi boni habitus effectricem, unam eiusdem conseruatricem in exercitorum uero bono habitu illam summitatem & fugiendam, & meruendam esse, Hippocrates apertissime admonuit. at in eo, qui bonus habitus absolute dicitur, ac naturalis est, tantum abest, ut illud summum sit cauendum, ut etiam omne sit ratione perquirendum. atque ita omnes circa corpus nostrum artes nouem erunt: quorum ut septem laudem quispian, duas certe uitiosas artes uocari: qualis est etiam, qua mortales conueniunt. has igitur, si libet, missas faciamus, ac reliquas septem numeremus, ac primam omnium, quae curare morbos dicta est, alias deinceps duas, in sanitate, quae in habitu sit, politas duas in bono habitu: & duas item in summo bono habitu. hinc igitur iam perspicuum est, si quis in humano corpore artem, quae unum finem habeat, esse ponat, ei ad septenarium usque numerum progrediendum esse necessario: ac nihil aliud hunc finem esse praeter sanitatem.

De bonis, malisque artibus.

Cap. 10.

Melius autem fortasse fuerit, accuratius de artibus loqui, illudque in primis, quod uenerem fugit, commemorare uitiosas artes cuique rei suppeditare simulatum bonum: artes uero id boni afferre, quod re uera in eis inest: tum addere, eam, quae conur, adulterinam pulchritudinem inducere. fuerit autem haec uitiosa ars, & adularia. & alia ars statuatur de germana, itaque pulchritudine, quae in bonitate coloris, moderata carnis copia, & symmetria partium consistit: quae omnia naturalem bonum habitum comitantur. nam de bono habitu gymnastico alibi uerba fecimus: ac nunc non erit forsitan alienum, de eodem summum loqui, hoc sumpto dicendi initio.

Nullum membrum ignatum, aut uitiose agens ab hominibus

experi.

Cap. 11.

Stae enim agere secundum naturam, est in quoque membro bene ualere, siue autem id naturale corpus constitutum horum uerius esse sanitatem statuens, (nihil enim ad hoc institutum interest) consequentem orationem ita animu adhibedo intelligas: uti nobis opus sit, ut unumquodque membrum sit secundum naturam constitutum, an eius actioe indigeamus. ego enim sic statuo, neminem plane esse, qui membrum ab illo opere ignatum uelit: ut neque oculos non uidentes, neque nares, odorandi sensus expertes: neque crura, quibus uti ad

QUARTA CLASSIS.

A 3 incedendum

incedendum non possit; neque aliud quicquam huiusmodi, quod uel proorsus non agat, aut certe uitio- se. nulla enim res est ex ijs omnibus, quarum indigentes sumus, quam imperfectam requiramus, nō do- mum, non calcem, non lectulum, non uestem, sed & simul egemus, & eo quidem perfecto. itaque ne- que infirme, & debili er ambulare, neque obruse cernere, neque audire, neque illum alium sensum im- perfectum optamus. nam quis est, qui bonum colorem aut moderatam carnis copiam, aut omnino cor- poris pulchritudinem, aut robur imperfectum sibi dari exoptet? itaque si non mancam actionem, sed perfectam requiramus, certe neque corporis structura, unde actio provenit, imperfecta exposcetur. cū- que horum alterutrum sit sanitas, planum est, sanitatem imperfectam a nemine, sed omni ex parte per- fectissimam ab omnibus exoptari.

Perfectam sanitatem, & bonum habitum idem esse. Cap. 12.

SI quis autem aliud esse bonum habitum, aliud perfectam sanitatem arbitretur, is aliam sanitatis, aliam boni habitus artem exquirat: si utrumque unum, idemque sit, unam quoque artem esse necesse erit. at qui fiet, ut unum idemque sit bonum habitus, & perfecta sanitas? mirum si structuram, quæ huius causa est, & boni habitus esse causam crediderimus, ambo eadem erunt: secundo loco id ex essentia colligetur: bo- nus habitus nihil est aliud, quam habitus qui se bene habeat: habitus uero est stabilis affectio. quare cuius habitus est, huius etiam est bonus habitus: siquidem ambo genere eorum continentur, quæ cum ali- quo conferuntur, ac dicimus quempiam in grammatica habere habitum: alium in arithmetica, in geo- metria alium: & item alium in astronomia: denique in singulis rebus cum affectio æque dissolui potest, habitus nominatur. ceterum in præsentia siue affectionem, siue relationem appelles, nihil interit. itaque si cuius est habitus, eius etiam bonus habitus est; habitus uero est alicuius, perfecto etiam alicuius erit bonus habitus, & quidem eiusdem, cuius habitus. nos tamen modo non de geometrico, aut musico, aut grammatico, sed de salubri habitu loquimur. cuius igitur boni habitus fiet mentio, nō grammaticus, aut musicus, aut geometricus, sed salubris intelligetur. quod tamen plerique statim despiciunt, ac boni ha- bitus nomine idem quod nomine sanitatis significari putant. & tamen sanæ nomen est affectionis cuiusdam: boni uero habitus non simpliciter affectionem, sed quod in ipsa optimū, permanentisq; est in- dicat: cum bonus habitus sit optimus illius affectionis, quam sanitatem uocamus, habitus, non igitur (erit enim iterum, ac sepe idem inculcandum, si quis inueteratam multorum infirmitatem reuelleret, str- pitus uel non inquam affectionem, non structuram, non actionem significat boni habitus, nomen, ut ne- que etiam habitus nomen: sed hic solam dissoluendi difficultatem, stabilitatēq; affectionis indicat: bo- nus uero habitus nihil plus ei addit, quam bonitatē. componitur aut ex hoc nomine habitus, & bonus. (græce & i. bene) quod ad omnia, quæ laudamus, quæ recte & conuenienter sua uirtuti affecta sunt, traducere solemus. cuius igitur rei desiderio trahimus, & quid inesse in corpore perpetuo optamus? numquid salu- brem affectionem, hoc inquam solum habere? an idē erit hoc, ac si quæras, num ædes, quarū parietes ui- tum contraxerint, ac prope diem ruinā minentur exquirimus? an præter usum, cuius causa exedifica- ta sunt, magnificentissime compositas, & quam longissimo tempore duraturas? nemo enim est, qui im- perfecte, uel ad exigui spatium temporis sanitate sibi cupiat. immo uero nulla proorsus ars est, quæ sibi quod deterius, minusq; diuturnum est, proponat; sed quod in eadem materia est optimum, estq; futurū maxime diuturnum, id sibi artes omnes, quæ in faciendo sunt, proposuerunt. neq; etiam finis aliud fue- rit, quam, ut, quod eis propositum est, consequantur. est autē ex ijs, quæ dicta sunt, iam perspicuum, eius artis, quæ in corpore uersatur, unum esse finem, unumq; propositum: quod siue integritatem, siue bonū habitum, siue sanitatem, siue naturalem structuram corporis, siue actionē ex natura, siue affectionē, siue structurā, qua has naturales actiones perfecte obimus, quicquam appelleret, nihil est, quod in præsentia di- stinguendū putē.

Quis finis omnium artium, quidq; eis propositum sit. Cap. 13.

VNum autem mihi propositum est ad demonstrandum, omnem artem ad finem, propositumq; re- ferri: finem uero in quaq; re unum esse: neq; esse quicquam aliud, quam bonum illi essentia conue- niens. ac uitis quidem non aliud est perfectio, aliud bonum: neq; arti uitium colendarū quicquam aliud. præter hoc ipsum ad considerandū propositū est: ut neq; etiā arti olearū, sed solum habet propositā natu- ræ oleæ perfectionē. corpus aut humanū una quædā res est: unaq; eius omnino est perfectio, quæ præsen- tē conseruare, & absentem reuocare, alicui est arti propositū. huius uero si alterum finem inferiorem sta- tuemus, in sermonem ante dictum incidemus. erit enim hæc boni habitus, illa summi boni habitus, alia salubris habitus, & quarta præterea salubris affectionis ars effectrix. ac præter has quinq; quædā boni habitus athletarum. si uero alijs hoc tribuerimus, ut finem afferant, alijs, ut conseruent, non has modo sed totidem etiam alias artes in corpore & perquiremus, & constituemus.

Unum solum esse corporis bonum, & eandem esse efficientem artem, & conseruantem. Cap. 14.

Hinc planum est, neq; multa corporis bona, neq; aliam efficientē, aliā conseruantē artē esse statuen- dam. nihil aut amplius opus est afferri ei, qui oia possit per capita cōtemplari. at qui hoc facere nō queat, aut non iam omnia, qui erat antea male imbutus, ex animo non abiterit, plura, ut mea fert opi- nio, requireret. atq; illa quidem redarguenda sunt, non unum esse corporis bonum, sed hæc oia, sanitatē, robur, ac pulchritudine: unā artem id posse efficere, alterā cōseruare: & quæcumque ex his con- sequentia quidam uitiose decreuerunt. hocq; in primis præstat exponere, unū esse corporis bonum, quod primo, præcipueq; dicitur: ad quod omnia referuntur: cetera, quæ bona corporis appellant, tum

ut

Aut illius partes, tum ut emillas, tum ut fructus quosdam nominari. etenim ut pulchritudinem bonus co- lor, moderata carnis copia, aptaq; mensura, & alia quædā perficiunt, quid iam obstat, quo minus bonū corporis ex sanitate, robore, pulchritudineq; compleatur? quid item obstat, quo minus ipsis corporis bonum sit sanitas, & ueluti fructus quidam eius pulchritudo, & actio: tam quid uerat, quin actio sit pri- mum corporis bonū, eiusq; causa sit sanitas? neq; alijs quibusdam bene ualens accurate corpus reddat; alijs robustum, alijs pulchrum? si enim eorum accurate salubre statim erit.

Præsertim esse artem omnium bonorum corporis, unumq; esse principem eiusdem bonum. Cap. 15.

Itaq; efficitur, unā esse artem, que in corpore uersatur: siquidē eadē facietes, erimus simul robusti ad actiones obeundas, & aspectu pulchriores, & ualentiores, ac melioris habitus: ut cōtra, si qua noxa corpus inuadat, actionū robur dissoluet, pulchritudo labefactabit, bonus habitus tollet, & sanitas dimi- nuet: quæquidē hæc oia merito simul adaugent, simulq; diminuuntur. naturalis. n. actio indiget naturali structura, a qua efficiat, ut pote quæ rōnem causæ ad ipsam gignendā obtineat. quocirca nō uis uenit, ut alterū prius sit, alterū nō adsit: cū ambo simul augeant, atq; decreuant. cūq; sunt meliora, illud bonus habitus, hoc robur appellat. eadē. n. rōne robur ad actionē affectū est, qua bonus habitus ad sanitatē: nā utrumq; ab utroq; efficit: & quæmodū bonus habitus alicuius est, ita et robur. etenim naturalis si- ne structura, siue affectionis, ut uocare libeat, uirtus quædā est bonus habitus: actionis uero robur. cete- rum idem esse uirtus & perfectio, & cuiusque rei bonū, quod illius primo, & simpliciter bonū appellat. & ambo pp eadē sūt deteriora, ac meliora: ac salubris affectio, ut ante diximus, bonū habitus nōcupat: si quis itē debilius agat, roboris infirmitas, atq; imbecillitas appellat: ac pulchritudo priora, deformatas posteriora necessario comitat. hæc aut simul augentur, minuuntur, perficiuntur, ac tolluntur oia: & quicquid eorum unum læserit, id statim alia cuncta lædet: quodq; iuuerit, omnia pariter iuuerit. estque perspicuū, ob hanc causam necesse esse, ut una in his omnibus ars uersetur. quodnam autem horū prin- ceps, & absolute bonū corporis sit, nihil est, cū hoc tempore sit dicendū. ueritamen, ne id quoq; deli- deretur, uinc subiungam. princeps igitur, & quod absolute corporis bonum dicitur, & quo maxime indigemus, est actionum perfectio: quod qui minus perfecte enunciant, robur, & uires nominant: quia debet nō robur absolute, sed robur actionū: neq; uires absolute, sed uires actionū appellare. post hoc uero deinceps sequitur alterū corporis bonū, non absolute quidē, nec per se, sed quia princeps & quod per se est, hoc proorsus indiget ad sui generationē: estq; bonus habitus sanitatis: quæ pariter minus pfe- cte nominantes occasione fallacijs præbuerunt. nā cū sanitatis bonū habitū dicendū eis esset, illi nō ita sed simpliciter bonū habitum uocant. ex hoc necessario consequitur pulchritudo, aliud quoddam ter- cium corporis bonū. ex quo fit, ut neque sūt eulus generis bona corporis, ut nec etiā sunt animi bona: neque omnia similiter nominantur: sed unum ut princeps, & per se alterum ut illius causa; tertium, ut quod ex illis necessario consequatur. horum autem trium cuiusnam efficiens primo est ea ars, quæ uer- satur in corpore: sanitatis ne, an actionis, an pulchritudinis? iam. n. docuimus, si quoduis horū iuueris, necessario quoque hæc tria esse adiuturū. nā si actioni profueris, etiam sanitati, pulchritudineq; necessa- rio profueris: siquidem ea sine causa ipsam efficiente existere non potest: ipsa uero pulchritudo se- quitur necessario, si sanitati eris adiumento, statim & actioni, & pulchritudini eris. utraq; .n. ex illa exi- stit. iam qui pulchritudinem inducit, is proorsus sanitatem prius induxerit: si hanc certe & actionem.

Si corporis bonū quodnam primum medicus expectat. Cap. 16.

Primum autem inuestigare cupiebamus, quid primum ab artifice fiat. ac iam ex prædictis patet, artē esse: quæ efficit sanitatē: eamq; necessario sequi actionē, naturalemq; pulchritudine. in quo enim pri- mū artifex, cū fecerit, conuenit, id eius finis est. restituta aut naturalis affectione, per quā agimus, con- quietur. hæc aut sanitas erat: quam qui efficit, nullū præterea laborē de actione, deq; pulchritudine si- scipit: quia hæc necessario, et inuito artifice, consequuntur: ac cū semel sanitatē induxerit, eis aditū interclu- dere nullo pacto pot. est quidem in eo positū, ut sanitati impedimentū afferat, quam si labefactarit, non diam erit in sua potestate naturales actiones, aut pulchritudinem corpori suppeditare. artem igitur, quæ in corpore uersatur, qualis ea cunq; sit, dicendum est, in sanitate omnium longe principe, ac per se uersante deinceps uero actionū, pulchritudinisque ex accidenti curā gerere. neque horum quicquā im- perfecte, in acumque est, sed perfecta, absoluta, & summa omnia. igitur quomodo multa sint bona cor- poris, quomodo unum, & artem corporis non omnium pariter curam gerere, sed unius per se, alterius ex accidenti, est a nobis abunde demonstratum.

In nulla materia finem ab una arte effici, conseruationem ab alia. Cap. 17.

Quid uero cāse sit, cur in nulla materia una ars effectrix finis sit, alia cōseruatix: iā conabor ostēdere. Quæ primū quidē neq; illorū exemplū, deinde uero neq; rerū ipsarū naturā eis sanare, qui ita sen- tiam, declarabo. nam si alterius artis est, calcem conficere, alterius attritum reficere, nondum ij no- bis tertiam artem conseruatricem ostenderunt. uestium est eadem ratio: si alterius artis est, attitas uestes mularare, alterius efficere, quenam sit tertia conseruatix, afferre non poterunt. in nostris enim corporibus, & omnino in ijs, quæ a natura gubernantur, natura ueluti effectrix est, artisque textori- s, & cerdonis proportione responder. utrosq; uero emēdant agricola, & medicus: hique uestibus uestes, & calceos ueteres reficiētibus pportione rādēt. ut seruare uestimēta, aut calceos domi repositos, ne aut fures prædent, aut muræ erodāt, id fortasse nullius artis, sed solius fuerit diligentia. quod si qui

QUARTA CLASSIS. A 4 harum

harum rerum conservatricem esse illam uelint, eiusmodi artes apud homines erunt imperatoria, & politica; & post has etiam ars latronum, si placet, aliorumque custodum, nam ne in hostium, aut proflus sceleratorum hominum, aut ferarum potestate essent, domus, urbesque construximus, ac manibus civitatis, imperatores, magistratusque creauimus. nos tamen nullam artem huiusmodi, sanitatis conservatricem inuestigauimus: sed eam, opinor, quae in humano corpore quidpiam efficiens non ex accidenti, sed per se, saluum, ualensque reddat. singulari autem, quae nuper memoratae sunt, non sunt ipsae per se sanitatis conservatrices: sed eo, quod accidit, ut homo non sit uigilans, neque a fera deuoratus, conseruata sanitas, ut etiam tota uita sit, ideoque neque primum, neque sua ipsius ratione, sed ex accidenti utraque harum artium sit sanitatis conseruatrice.

Quibus rebus ars tuenda sanitatis contineatur.

Cap. 18.

Princeps igitur ars, quae sui ratione sanitatem conseruat, in quibus nam uersabitur? ut ego quidem existimo, non in ijs, quae non necessario nostro corpori adhaerent: neque illis, quae nullam in partem necessario efficiunt: sed in illis, in quibus corpus licet uolimus, perpetuo uersatur: & eorum, in illis quae iuuare, aut laedere possunt. in ijs inquam, & circa ea artem ipsam esse dicimus. in gladios autem, aut bestias, aut praecipitem locum, & laqueos, non necessario corpus incidit: sed in ambiente aere duplici modo ex necessitate uersatur: tum quia is omni est ex parte circumfusus, tum quia spiritu ducitur. somnus fere & uigilia, atque etiam motus, & quies sunt huiusmodi generis: cum necesse sit aut dormire, aut uigilare: aut quiescere, aut moueri: sicut aut esurimus, aut edimus, aut siti torquemur, aut bibimus, aut in quoda modo inter haec stamus somus, cubili uero, ac uestitu discrimina, non omnia sunt necessaria. nam eburneis pedibus cubile nulli usui, nullique est ad sanitatem damno: sicut neque lectulus plebeius, ut neque usus uestium uilium, aut pretiosarum, aut ualorum uiciorum, aut aureorum, aut argenteorum, aut ligneorum, aut formosorum, aut deformes habere seruos, qui ministrent: aut non habere, sed ipsum sibi ministrare: quibus omnibus est uatura comparatum, ut nec primo & per se, neque ex accidenti aut officere, aut prodesse nobis queant. at aer aut calidus, aut frigidus, itemque esculenta & poculenta, tum quies, & motus, ad haec uigilia & somnus, sua uero necessaria nos iuuant, aut laedunt, uestimentum autem hyeme laetum, & leue; & graue, atque aestuosum aestate laedit illud quidem necessario, & ex accidenti frigore, caloreque corpus affligit.

Quid custos sanitatis agere debeat.

Cap. 19.

Quaenamque igitur aut laedendi, aut iuuandi uim per se habent, eorum habebit rationem is, qui curam sanitatis gerat. at quo modo, quaque ratione? cum iam corpus sit abunde inanitum, ac sensibilis noxa periculum imminet, iubebit, alimenta subministrare, cum praeter modum exauerit, ac periclitentur, ne inde laedatur, potum imperabit, itemque exercitationes iniunget, cum facultatem nos gubernantem corroborare, ac tenues meatus expurgare in animo habeat, tum uero quietem imperabit, cum lassam exercitationibus corpus, aut ultra modum disenti senserit. iam uero admonebit ducendam esse aluum, quae suppressa sit; & citatam cohibendam; & cetera agere ad hunc modum omnia, ut ad summam in hoc unum intueatur, cum corpus accurate sanum, ualensque sit, ab eo nihil mouetur, cum primum uero ab illa exquisita moderatione pariter exciderit, statim, quod deficit, prius quam malum serpat latius, ipse ex altera parte introducat, non secus quam si fila subtergminis ex aliqua ueste non simul omnia, neque conferunt, sed singulis diebus singula excidentia, qui ei rei praesit, assidens ita reponat, ut ea emendatio praeriguitate uulnus lateat. huiusmodi merchule debet esse artifex, qui sanis praefectus sit, ut minutam quanque differentiam ac noxam se sentiat, & corrigat, si uero corpus illud omni ex parte & tale, quale eius fabricator ab initio reliquit, permaneret, correctore perpetuo non egressus. nunc uero cum & distat, & corrumpatur aliquo praefecto, qui assideat, ei opus est, qui quod exhaerit, quale, quantumque sit, intelligat, ac tale aliud, tantumque reponens, statim curet. humor innatus dilabitur; tantumdem humoris, potu dato, erit assidendum, calor discutitur: tantumdem erit introducendum. siccitas consumitur; alendi occasio est, uno uerbo, quod discutit, ac disperit, paulatim ante, quam multis aperitum fiat, reponendum est.

Dolorum comparatione quid curatrix a conseruatrice arte differat, ostendit.

Cap. 20.

Ut igitur, si duo dolia sunt multis in locis perforata, ambo pariter ab initio plena, pariter per illa foramina euacuentur, sitque praefectus, qui uni semper assideat, ac tantum uicissim imponat, quantum effluit, alteri uero prius, quam ualde sit inanitum, nemo praesit; tum quispiam repente superueniens, totum simul impleat; plane constat, eorum dolorum alterum neque euacuari unquam, neque impleri: alterum haec ambo pati, a multis spectatoribus dictum in eadem est sanorum, aegrorumque corporum ratio. haec enim ambo una arte, unoque modo corriguntur: quae ars id, quod deficit, inducit: emendationis autem differentia non in qualitate, sed in quantitate uersatur.

Differentiam in quantitate positi am ad unam artem, in qualitate uero, ad diuersas pertinere.

Cap. 21.

In ijs uero, quae geruntur, quantitatis differentia unam ad artem pertinet, ac si esse alterius debeat, ut etiam in qualitate uarietur, omnino oportet, quod si duplicem esse corrigendi modum existimas, quia ab uno dolo multum effluerit prius, quam artifex accesserit, alterum adstantem semper custodere habuerit, ideo felici quoda modo pleno conseruatum sit, profecto non recte iudicas: neque enim alia est ars quae unum solum subtergminis, quod excidit, reponat: alia, quae tria, aut quatuor, aut quingenta, neque alia ars parietis

teppetra, quo nomine eam laeni oli sunt.

A parietis partem tumentem communit, alia, quae maiorem partem collapsam restituit, nam quo quaque res ab initio laesa est modo, eo etiam labefactata instauratur. subtergmen stamini intertextum uestimenta conficit, nunquid igitur praeter haec aut pati, aut emendari uelut potest, etenim si quid deaurum de fisis capiat, certe uel flammam, uel subtergmen, uel utrumque pati, profus oportet: tum uero unam esse emendandi uiam, ut subtergmen semper stamini intertextum, ut primam eius compositionem imitemur.

Quot errores ex logicis ignorantiae proficiscantur.

Cap. 22.

Acritones autem singula multos fallunt, qui contemplari uniuersas non possunt: id quod est artis ac disciplinae differendi munus: quam illi neque didicerunt, neque exercuerunt; qui quotidie potestere quaestiones pertractare, qui enim illius peritus est, non iam eget infinitis, cum ipse sibi possit omnia recte distinguere, at qui artem adhuc ignorat, praeter quam nescit, recte ne, an secus infinita dicta sint, est etiam a multis propositis, quae non audiunt, & inops, & imparatus. sed haec obiter in eos dicta sint nobis, qui quotidie de propositis quibuslibet audientibus discipulis suis differant, nec tamen, usque dum imperiti artis iudicandi, & in ea non exercitati fuerint, quid dicant, plane sciunt, etenim hoc etiam loco, utrum artes distinguenda inter se sint singularibus actionibus, an uniuersalibus: an non his, sed propositis & finibus: an etiam non his, sed materijs, instrumentis, principijs, & contemplatione, cum minime considerari, de ijs, quae ignorant, nugantur, fortasse igitur incipiens fuerit, nos quoque, postquam hoc certamen cōscere, tibi recepimus, quam breuissime poterimus, de ijs omnibus, quae ante dicta sunt, aliquid afferre, sumpto uerum a singularibus actionibus initio.

Quae sint singulares in medicina actiones.

Cap. 23.

Quaedam igitur singularis actio est, quae ad constituendas palpebras utitur: alio hinc minime simili, qua suffusiones detrahimus: tum alia tertia inquam, & quarta neque, illa ex parte inter se, neque hanc similes: quibus os contractum ex capite excidimus; in alia uero corporis parte, ut in humero, & cubito in aduersum extendentes, confirmantesque; deuenimus, a quibus, ut ab alijs omnibus actionibus permultum differt manuum opus, quod in hernia uersatur: & ab hoc opere id, quod uarices praecidit: & ab omnibus praedictis calculi euersio, detractio, horum praeterea multa scalpello peragimus: ut uero oculum sublinamus, aut articulum suum in locum reponamus, aut cataplasma alicui patri superdeimus, aut fistula rite utamur, aut cucurbitulam adnoueamus, sine scalpello quidem sit, ea tamen & inter se, & a praedictis ualde differunt: ut etiam uenam incidere, arteriam diuidere, cutim scarificare, hydropas pungere, tum inter se, tum ab omnibus superioribus distinguuntur, praeterea uero & haec & alia sexcenta manuum opera per se sunt, alteram autem omnino genus est eorum, qui medicamentis utuntur, ac non modo sunt a se ipsis, sed etiam ab alijs, qui manu curant, discrepantes, nulla enim similitudo inter uerari portionem & esum ciborum intercedit: neque inter inedia, & clysterem: neque inter frictionem, & lotionem, ab his magis distat uleus cluere, purgare, liquidum medicamentum inderere, tum uero etiam antidotum, cum gestari, deambulare, ludari, scammoniam, aut mulfam bibere, quibus omnibus nulla ex parte similis est pulsuum, caloribusque dignotio, quam uis extremis manibus id ipsum efficiamus: ut etiam, opiorum, humorum, qui abscedentibus particulis continentur, & tumorum hydropicorum, & ganglionum, & acheromatium, & meliceridum, aut theatomatum, neque enim eodem appulsu digitorum, aut motionibus, aut trauditionibus pressionibusque utimur, sed interdum eiusmodi ut in his ipsis rebus per magna inter differentia, sed tamen est differentia actionum uis, tantaque copia, ut totum die in nulla alia re, quam in ipsis recensendis conlumere uideamur.

Artes actionibus singularibus non distingui.

Cap. 24.

Sed iam ex his percipi satis potest, quantum erent ijs, qui singularibus actionibus artes distinguunt, ut aut oportere, nemo igitur tam fatuus, tamque stupidus est, qui a medicina memoratas actiones adimat, & aliam quandam artem ipsis singulis praeficiat: aut hernie dissectricem, ut quidam nunc uocant: Dant calculos extrahentem, aut pungentem, quamuis enim hanc potissimum herniae dissectricem, illam calculi extractricem, aliam punctricem nominent, eos tamen omnes communi nomine Medicos uocant, non secus quam eos, qui a quibusdam membris, quorum curam praecipue gerunt, nomen ducunt, aut oculos, aut auriculares, aut dentarios nuncupant, alijs a materia nomen imponunt, eosque aut dieteticos, aut medicamentis morbos curantes, aut etiam, si dijs placet, herbarios nominant, quidam etiam medicos nonnullos uindictores, uerati ique, dutores ideo uocant, quod eos huius materijs plerumque usos conspexissent, habent enim omnes homines, ut ego arbitror, rationalis disciplinae principia sibi natura attributa, & hi magis, illi minus cognoscunt, unum quidem, atque idem in actionibus esse: quidque diuersum, cuius uero causa fiant, idem esse, sanitatem nimirum, apud omnes propositum: ipsam uero non unam omnium modum, sed ad magnam numerum ascendere, si quis uero sit, qui uelit, ut etiam Plato facit, uniuscuiusque, modum, & uniuersale propositum unam artem statuere, tum in species, differentiasque; secans, rursus unam quanque illarum diuisarum artem appellare, ut haec dicat uictus, ratione illa medicamentis, alia manu curare, ei ego id uicio non uerterim, ita si singulas, quas modo memoraui diuides, ut uictus ratione in ea, quae assumuntur, euacuatur, bibitur, & foris incidit, atque, his singulari arte quaedam propriam praeficiat, ne hunc quidem accusauerim, immo uero nec prohibuerim, si haec ipsa multis modis usque ad singularia in partes diduxerit, ut si in ijs, quae assumuntur, aliam esse artem medica-

medicamentorum, aliam eduliorum, aliam potionum; & ite in his singulis alia esse huius, & illius edulij, & huius, atque illius potionis, & huius atque illius medicamenti statuat: certe ut propriam esse artem dicat, et concesserim, verum si has artes inter se, ut arithmetica, & rhetorica, aut hanc ab arte edificandi, aut fabricandi, differre putet: ego amplius non concessero: siquidem haec nullum commune propositum habent. illis vero, quae paulo ante dictae sunt, sanitas sit unum omnium commune propositum, ut igitur in rhetorica, quae una ars est, aliam esse artem exordij, aliam narrationis, aliam probationum, aliam perorationum concedam, si modo hoc unum sit, haec esse unius artis species, aut partes, ut libeat appellare, mea quidem sententia, in medicina se res habet: dicantque aliam esse artem quae manu, alia quae uictu, aliam quae medicamentis curet, si modo hoc sit unum, earum omnium unum esse propositum, propter quod unius esse artis partes coguntur. id enim res dissimillimas in unum conducere, & colligare, ac cogere ut omnes in unam artem conspirent, aperte uidetur. excindit quispiam, aut abijcit putrem partem, alius reficit, eamque partem carne implet: contrariae haec res, atque omni ex parte differentes uidebuntur: cum & actiones ualde differant, & effectus sint contrarij, nam ille quidpiam, quod sit, admittit: hic operam dat, ut quod non est, ipse procreet. neutri tamen id per se propositum est, illi, ut praecidat quid, imo, ut gignat: ut nemo etiam aggreditur aut urere, aut secare, aut aliud quidpiam per se efficere: sed quia finis, huius consequi sanitatem non possit: ad quam omnes, non tamen eadem uia, conuertuntur. omnes igitur, quia est unum eorum commune propositum, Medici appellantur, sed propter actionis, aut materiae, aut membri differentiam, hic chirurgicus, ille medicamentarius (ut sic dixerim) ille oculus uocatur. chirurgicus, ab actione: medicamentarius, a materia: oculus a membro nomen trahens. cum enim membra, quae curantur, non parum differant inter se, quique curant, actionibus ac materijs diuersis utantur, sit, ut alij ab actionibus, alij a membris, alij denique a materijs nomine ducantur, ut qui oculus, chirurgicus, & medicamentarius nominantur, sed communi nomine a Medici dicuntur. etenim supra docuimus, omnes artes in subiecta essentia bono uersari. ex quo fit, ut in singulis artibus unum quoddam princeps bonum existat, quod si quis palpebras bene conseruat, male fortasse medicamenta praebat, alius in medicamentis sit praestantissimus, rectam tamen uictus ratione imperare nesciat: & alius in hac arte uersatus, manus non recte exerceat, ideo penitus inter se diuersas esse artes opinemur: primum non iam res, sed rescentas hoc modo artes statuimus. nam hic fistula recte utitur, ille clyster, alius uena, arteriam alius secat. mox cum quispiam haec omnia recte faciens comperitur, ita rursus omnes haec artes in unam coibunt, sed utrumque uisiosum est, aut propter artificum incertam artem unam in multas diducere: aut propter eorum excellentiam multas in unum conducere. prior namque ratio neque rhetoricam, neque Arithmeticam, neque Geometricam, neque Musicam, neque aliam quampiam insignem esse unam artem concedet: quas quidem multi, qui eas pertractant, propter earum magnitudinem totas perdiscere non potuerunt: secunda uero artes, inter quas aliquando nulla societas, nullaque cognatio intercedat, in unam artem conducet. si enim idem homo arithmeticus, grammaticus, ac philosophus simul sit, certe has oes unius esse artis particulas existimare quispiam poterit.

Quomodo artes sint distinguende.

Cap. 25.

NE igitur multitudinem eorum, qui agunt, sed consideratis propositis, artes distinguamus: neque enim in singulis actiones, sed uniuersas intueamur. in singulis enim cuiusque artis actionibus esse quidpiam comperies. quocirca licet differre permultum uideantur, tamen nihil obstat, quominus unius artis particulae sint. ergo uestes texere nihil est aliud, quam subtegmen staminibus implicare. an igitur aliud, quam hoc ipsum, est suere? non: sed et suendo, subtegmen staminibus implicatur. nam si quis ab ipso initio sine texendi opere, alio modo subtegmen inferere staminibus uoluisset, uel ut nunc laceras uestes faciunt, aut cistas, sportulasque contextunt, aut retia neunt, is nihilo minus, sed longiore temporis spatio uestes confecerit. cum igitur finem sibi in animo proposuissent, non simpliciter quidem, sed ut ad eum celerius peruenirent, hanc per pensa texendi artem excogitarunt: quae non uniuerso genere a praedictis, sed parte quadam differret. quod idem in arte medicinali usu uenit. ac singularia quidem sunt, ut ita dicam, innumerabilia: sed quoddam uniuersale opus commune omnibus est. nam & qui detrahit aliquid corpori, ut superuacaneum; & qui addit, tanquam deficit, unum uniuersale uterque facit: corpori nimirum suppeditat naturalem modum: qui quidem sanitas est. idem quoque efficit, qui calfacit, qui refrigerat, qui exiccac, qui que humectat.

Artem conseruare id, quod efficit, natura exemplo.

Cap. 26.

UT enim, si nos ab initio creare quamprimum animal potuissemus, non alia ratione primam eius originem, alia uero emendationem effecissemus, ita cum neutrum horum nos primi fecerimus, sed natura: sic ea est prima effatrix animalis, ipsumque aegrum nunc curat. nec alia ratione foetus, alia nunc in lucem edito alimentum comparat: sed haec similiter facit, alit, separat, excernit, omniaque, ut uno uerbo complectar, eodem modo nunc, ut prius, agit. ac Medicum quidem esse naturae ministrum, ac principem illius artem quandam esse, illudque esse recte dictum, naturam in omnibus auxiliari: & morbos a natura iudicari: & naturas esse morborum curatrices, a praecis hominibus abunde memorata: quid est, cur mihi iterandum arbitretur? quare illud solum afferam, quod est ad hoc institutum accommodatum: non esse inquam alterius artis opus efficere, alterius uiciatum corrigere, sed eiusdem, quod si non eiuudem, certe nos supra docuimus, medicinam non ut artem, quae uestes facit, aliquid, quod prius non sit, effecere:

A cere: sed eius artis, quae attritas uestes facit, esse per similem, illud item exposuimus, duplicem esse conseruationem: cuius alterum genus, ex quo etiam existit haec nobis de tuenda sanitate tractatio, in eo positum est, ut laborantia paulatim corrigat: idque multos later: tanquam sit genere diuersum ab eo, quod in curatione uersatur.

Differre artes, quae in agendo sunt, ab ijs, quae in faciendo uersantur: & item earum fines.

Cap. 27.

EXistimare autem id ipsum esse finem alicui propositum, domum exaedificare, aut uestem, aut uias, aut sanitatem, est eorum hominum, qui finis actionem a fine nesciunt distinguere. neque enim edificandi artis finis est, domum aedificare, sed domus: sicut neque etiam uestem texere, nauim coagmentare, lecticaque, & alia singillatim conficere, sed opus ipsum, quod etiamnum permaneat, cum artifices ab actione cessauerint. atque hoc uno facientes solum artes ab agentibus differunt, quod facientes cum cessant ab actione, finis quoque cessauerint. ita in arte saltandi nihil, praeter ipsam actionem potest ostendat: in arte fabricorum, lecticam: in arte aedificandi, domum: in medicina, sanitatem ostendit. ergo aedificatio non est finis artis aedificandi, ut in arte saltandi, saltus, sed domus: quae res est ab actione diuersa. simili quoque modo aras texendi non est finis textura, aut texere, neque uestimenti confectio, aut origo, sed uestimentum. haud secus medicinae finis non est aut confectio, aut origo, aut correctio sanitate, cum haec omnia uniuersalis quaedam sit artis actio: ut singulae erant in secando, urendo, in araticulis, arubusque, extendendis, estingendis, ac deligendis posita, & supra has etiam, ac magis generales erant in manuum opere, medicamentorum usu, & uictus ratione: sed sanitas ipsa finis est: quam etiam cessante artificis actione, possumus ostendere. quibus quidem sit rebus, ut neque conseruare sanitatem, neque emendare, sit finis: immo uero neque prorsus bene ualere, cum actiones haec sint, sed sanitas finis est, commune uero, generaleque supra omnes has singulas actionem alius alio nomine uocat: omnes tamen unum, idemque, sed diuerso modo significant, & qui dicit sanare, & qui sanitatem efficere, & qui sanitatis effectorem, & qui sanationem nominat. idem quoque quod illi dicunt, qui medelam morborum uocant, & qui curationem, aut aegrotantium curationem, aut melibercule mederi, aut morbos extrudere, aut sanitatem inducere, aut omnia, quae par sit, facere, aut causas morborum effectrices expellere. horum autem nemo finem, sed actionem, quae finem, antecedit, dicit, perinde ac si ars quaedam faciens in corpore saltantium, hiltionumque, arti similis uersaretur.

Artes neque per materias, neque per praeccepta distinguuntur.

Cap. 28.

CVM igitur multis sit modis demonstrandi, artes singularibus actionibus non esse iudicandas: sed in uniuersales, ac proxime ad finem esse conseruandum, tum dandam esse operam, ut illarum fines distinguamus: deinceps uidendum est, utrum de ipsarum materijs sit eadem ratio. una igitur materia multis esse artibus subiecta, & una ars permultis uti materijs uidetur. ac lignum quidem commune materiae est nauium artificij, & carpentario, & machinarum constructori, & aedium aedificatori, atque alijs infinitis. creta quoque multarum artium materia est, ita etiam lapides, ac cetera omnia. iam medicinalis artis, quae una est, innumerae materiae sunt, ut corpus, quod sanitatis est capax: ut culescentia, & populenta: ut medicamenta omnia, & quae ad uictus rationem pertinent. haec causarum materiae sunt: corpus uero: ut ex quo, aut in quo finis est. quare planum est, artes non esse materijs aestimandas. neque enim si quis alias esse communes materias, & ut diceret quispiam, ex accidenti: alias uero proprias ac propinquas unicuique arti subijciat, ut quatenus corpus nostrum naturale est, subiectam esse naturalem scientiae materiam statuat: quatenus sanum, sanitatis: quatenus bono est habitu, aut boni habitus capax, gymnasticam, ideo ullo alio modo, quam sine, artes distinguat. nam sanum corpus qui dicit, is iam finem cognoscit. quin etiam si quis praecceptis artes distinguat, neque is aliunde, quam a fine, potestate sumit initium: propterea quod finis propria cuiusque artis praeccepta constituit, & iudicat. haec autem sunt artis propria, quae qui nouit, is ad finem adipiscendum adiuuatur: atque in grammatica, musica, arte fabricorum, & alijs singulis, quaecumque uel finem ipsum euidenter, aut quod melius, celeriusque in ipso est, afferre queunt, ea artis sunt propria: quae ad finem nulli sunt usui, ea non propria.

Artes omnes a fine constitui, atque distinguuntur.

Cap. 29.

OMNI igitur ex parte ad finem accedendum esse, eoque artes esse iudicandas, iubet ratio. propter enim & in communibus actionibus, & proprijs praecceptis, atque principijs uariatur: siquidem haec quoque pro artium finibus uaria sunt. sanitas, n. finis est: ipsa quoque in calidis, frigidis, humidis, & siccis est posita: in quibus nimirum & materiae & contemplationis principium circa huius cognitionem uersatur. non eodem modo a Medico, naturalique philosopho id tractatur. haec quoque dissimilitudo a sine scientiam & cognita, & distincta est. & merito quidem ratio finem semper inuenit, ut eorum omnium, quae in artibus conseruantur, regula, atque iudicium. nam cuiusque artis constitutio inde initium sumit. nemo, n. medicinam constituit, nisi prius sanitate optauisset: neque aedificandi artem, nisi domum cupisset: neque texendi, nisi uestis desiderio ductus esset. quin et ea ars, quae ceteras constituit oes, hanc et duxit initium. ac nos alibi ostendimus, quo modo quis propositis sine sua arte uia, rationeque inueniat: quique hunc librum accurate intelligere uelit, in eo prius esse uersatum oportet. ita. n. plane nouit, utranque particulam & curandi, & tuenda ualitudinis sub unam, eandemque, cadere contemplationem. ego uero, si quae alijs in libris sunt a me copiosissime, diligenterque tractata, hunc in librum conferam omnia, ignorarem hunc ipsum esse Menemachi, Menodotique libros prolixitate superatuum.

Artem

Fortasse pro
aliquo legende
est, id est
i. medicorum.

Est autem una ars, quae omnino in corpore bono versatur, ijs, quae prius diximus, satis esse demonstratum arbitror: nec minus etiam probabitur ijs, quae deinceps afferentur: nondum tamen apertum adhuc est, quo nomine appellare eam conveniat. neque enim forte medica, neque gymnastica dicitur, sed aliud quidpiam, ac forte etiam nomen quidem habet, ut neque etiam alia complura. sed hoc paulo post videbimus. unum autem esse humani corporis bonum, quicquid tandem sit, ut etiam aliarum essentiarum omnium, unamque de eo artem esse: hoc inquam, si quid unquam aliud, esse verum, & eandem utriusque methodum inesse cōsumo. cumque una sit de bono corporis ars, iam omnes eius particulas consideremus: sic enim ea quoque, quae salubris vocatur quam vim habeat, omnino perspicimus: ut in hac eadem parte methodi alicuius usum, genus artis, quae in corpore versatur, considerantis, divisionem faciamus, eius autem finem non esse in sola contemplatione positum, ut arithmetica, astronomia, physicaque, sed aliquid etiam circa corpus ipsam efficere, inter omnes constat. nec vero ipsa in actione eam definire, ut facit ars saltandi, ut postquam desijt, ostendere nihil possit, esse etiam perspicuum existimo. clarum igitur est, eam inter agentes, aut acquirentes esse reponendam: quando neque in ijs est, quae in contemplatione, effectioneque versantur, inveniuntur. non tamen inter acquirentes statuitur, qualis est ea, quae haerundinae, aut hano pilices captat, & ut absolute dicam, qualis est ars venatorum: siquidem haec quidpiam eorum, quae sunt, capiunt, ac possident: ipsa vero nihil quod prius non esset, efficiunt. ergo ars, quae in humano versatur corpore, est ex alio genere earum quae in actione sunt positae. earum duplex officium est: vel enim agunt quid totum, quod non erat prius: vel ex parte corrigunt vitium. ars, quam hoc sermone inuestigamus, totum efficere, hominis corpus non potest: potest tamen particulatim corrigere non secus, quam ars, quae vestes sarcit: neque plane, ad eundem ut illa, modum natura enim & ita corpus efficit, & rursus infirmum emendat, ut ars uestium. eius ministra quaedam est ea ars, quam modo quaerimus. itaque, ut progrediar oratio, concedatur nobis, eam ut correctivam appellemus. ceterum aut multum, aut parum corrigit. quae pars multum corrigit, ea medica, curatrixque vocetur: quae parum, conservatrix: eius item, quae multum emendat, per magna differentia est, si quidem quantitas omnis in multitudinem secari innumerabilem potest. verum eam nobis non sit modo propositum de ipsis loqui, nisi ea faciamus, quae vero paululum emendat, eam in partes tribuamus. haec insignibus differentijs videatur tripartito distingui: aut enim ad summam, perfecteque valentem accipiens, in eo statu conservat: hanc partem boni habitus conservatricem vocant: alteram eorum, qui aegrotarunt, refectricem: quam nonnulli recentiores Medici iam instauratricem nuncupant. inter has media est ea pars, quae ab eis proprie salubris appellatur: eaque communis nomine & conservans simul, & salubris nominatur. haec igitur tres conservantis medicinae partes, quae modo sunt dictae, refectrix, salubris, & boni habitus conservatrix, sub ea medicinae parte sunt, quae exigua vitia emendat: differuntque inter se maioris, minorisque ratione: quia boni habitus conservatrix magis exigua: minus vero salubris: ac minus etiam exigua corrigit refectrix. sunt etiam, qui conservantem quaedam partem, quarto loco addiderint, quam ipsi proprio vocabulo conservantem appellarunt: quae facultatem oppositam habet ei, quae homines nuper a morbo liberatos reficit. ceterum has ambas esse ancipitis cuiusdam naturae inter contrarias totius artis partes, perspicuum est: dico autem inter eam, quae magna vitia, & eam quae parva corrigit: ac partem curatricem magna vitia, boni vero habitus conservatricem, atque salubrem parva emendare, planum est. media inter utranque interiecta est ea, quam refectricem, conservatricemque vocant: ut pote quae salubri comparata, non parva vitia: curatrici vero collata, non magna corrigit. praeterea vero qui ambas has partes, neutras vocaverunt, non male sensit: sed de his alias.

Questionis initio propositae explicatio.

Cap. 31.

In hac arte nobis proposita tractatione, conservatricis partis, qua ars in nostro corpore posita continetur, tria membra statuuntur: unum de corporibus, quae ex relatione bene valeant: alterum de ijs, quae habitu sana sunt: tertium de ijs, quae bona sunt habitu. illud autem refectricem appellat, quoniam cum illis de noie cōtendere mihi non sit propositum: secundum, salubre: tertium bono habitu praeditum: ac duo priora in meliorem statum perducunt, tertium vero in eodem statu conservans. quae cum ita sint, proposita initio quaestione repetamus. ea, opinor, sunt huiusmodi: utrum ad medicinam, an ad gymnasticam pars, quae salubris vocatur, pertineat. itaque, ratione factum est, ut in principio orationis nostrae tota quaestione incidere in definitionem dixerimus. nam si cognovimus quid medicina, quidque gymnastica sit, ad utram ipsarum salubris pars pertineat non iam difficile inveniuntur fuerit. quod autem salubris ipsa sit, iam docuisse aperte videor: aut enim tota pars, conservatrix, aut ex tribus illis partibus una, quae in medio est, quae in sanitate, quae in habitu est, versatur. quod reliquum est, nihil aliud, quod cōtrouersia de noie cōtinere, res aut ipsa non esse cōtrouersa, mihi videtur: si quae superius ostensa sunt, concedantur, fixaque permaneat. quae cum summam recensueris, ad nominum explicationem me conuertam. quemadmodum igitur bonorum uestimentorum, & domus, & calceorum: ita etiam corporis aliquam esse artem confirmo: cuius unius haec duae partes sunt, altera efficiens, corrigens altera: quae ambae in natura prius insunt. cum autem alteri ipsarum, quae corrigens est humanam artem opitulatur: euique esse duas partes, curatricem ac medicatricem unam, conservatricem alteram: quae etiam salubris appellatur: ipsius item partes tres esse, refectricem, boni habitus conservatricem & quae eodem nomine, quod totum genus, salubris dicitur. itaque seu de tota conservatrice parte, seu de illius particula quaeratur quispiam, utrum ad artem pertineat

A pertineat, medicinam ne, an gymnasticam re tota pertractata, ut nos modo fecimus, ita ipsam deinceps debet exponere: cum una sit ars, quae in corpore versatur. licet tibi eam, si uelis, medicinam: si ita uolis, gymnasticam appellare: si ita quidem, totam artem esse uacantem nomine dices, tamen unam eius partem medicinam, alteram gymnasticam uocato. si id quoque tibi non placeat, statues salubrem quandam artem esse quae ex altera parte diuidendo curatrici respondeat: eiusque, si ita cordi sit, partes facito has, quae in uictus ratione est, & gymnastica. si enim singula nomina interpretaberis, ita uniuersum consequeris.

De nominum significatione.

Cap. 32.

Sed heus tu, aiunt quidam his auditis, non ut tu uis, sed ut par est, facienda est nominum partitiō, quibus sane ita esse responsum uolumus. heus inquit, meminisse debetis, nos non iam de rebus agere, sed nominum explanationem nobis esse propositam. neque nos id tergiversamur, ac de nominibus non his solum, sed etiam de alijs omnibus re nihil habere, quod sapienter pronunciem: sed siue Assyriorum lingua nomen sit, ab ipsis Assyrijs rem, qua de nomen dicitur, esse perdiscendam: siue Persarum, siue Indorum, aut Arabum, aut Aethiopum, aut aliorum quorumuis, illos esse interrogandos. nomen enim ipsum per se solum pronunciatum, nihil indicat. habes meam sententiam. quidam tamen aiunt, nomen aliquod eis indicare, quam ob rem ego permulta Gallorum, Thracum, Myriorum, Phrygumque nomina collegi, ac petij, ut quam rem quicquid significaret, mihi exponerent. cum uero illi se hoc solum posse in graeca lingua praestare faterentur, eis ego deinceps hoc nomen, quae propositum, illi responderunt portum significare, in quem naues perueniunt: sed Thessali inquam ego, quod nos forum dicimus, ita nominant. illi se Thessalorum linguam scire negauerunt: perinde ac non iam illud ipsum concederent, quod initio dictum est, sciri non posse, cui rei ullum nomen inpositum sit, nisi ab illis perdiscas, qui indiderunt. sed aduersus homines tam stupidos & bardos alius liber est a me separatim conscriptus. uolenti autem res perdiscere, & in hoc studium praecipue, maximeque ut in optimum opus incumbenti, praeterea uero nomina rerum mutuae colloctionis causa percipere cupienti usum Graecorum interpretabor. neque id in omnibus ipsis omnium nominibus faciam: siquidem hoc esset explanationis, aut graecarum cuiusdam peritiae munus: sed Attica nomina in primis, deinde Ionica nomina mihi nota esse fatebor: tum quaedam et Dorica, & Aeolica: in his tamen linguis plura me nescire, quam scire in Attica uero contra, me plura nosse, quam ignorare concedi. quod si de nominibus loqui uelis, audi quod Homerus cecinerit:

“ Praeferi medicum multis mortalibus est par:

“ Ictis qui euellit membris haerentia tela,

“ Atque saluari conspergit uulnera succo:

“ Tum bona multa simul, tum noxia pharmaca miscet.

“ Ac medici cunctis alijs sapientia praestat.

perinde ac medica ars corpora laborantia tum medicamentis, tum manu curet.

De parte medicinae, quae uictus rationem praescribit: & de gymnastica, & athleticaque origine.

Cap. 33.

Vtrum autem alia tertia tradendi pars, quae dicitur tractat, Homeri temporibus fuerit, nec ne, ego nulla consequi coniectura possum. sed philosophus Plato, qui & me antiquior est, & cui magis res Graecorum notas fuisse, uerisimile est, ueteres Aesclepiadas non admodum hac medicinae parte usos esse, auctor est. has autem tres medicinae partes fuisse, & eam artem, quae corpora curaret, quae de naturali statu deflexerunt, medicinam a Graecis omnibus appellari, nemo fere negat. artis uero gymnasticae nomen Homeri temporibus nondum erat, quicquam omnino gymnasta, sicut Medicus, appellabatur. quinetiam apud Platonem gymnasticae nomen haud saepe comperies. ipse enim eius artis professorem uictus rationem hoc est puerorum exercitorem potius, quam gymnastam nominat. paulo enim ante Platonis aetatem ars gymnastarum exorta est: quo etiam tempore institutum athletarum emerit. nam apud praesicos uir qui naturalia opera exequeretur, is bono habitu re uera praeditus in certamen descenderis, non modo lucta, sed etiam cursu decertabat: & quispiam saepenumero & his duobus, & praeterea iaculo, arcu, & disco, & cuncta uictoriam reportauit. haec postea diuisa sunt, qualem unum Epseu Homerus facit, ad omnia naturae munera omnium ignauissimum, sed pugilem strenuum: cuius artis usus in solis certaminibus est. in qua quidem tales omnes euaserunt, ut neque fodere, neque arare, neque iter facere, neque ullum aliud pacis opus, ac multo etiam minus bellicum praestare cum laude possent.

De bono habitu salubri, & athletico, & de quatuor materijs nostrum corpus immutatibus.

Cap. 34.

Bonum autem horum hominum habitum nos supra uisum pertraui: & item artem gymnasticam: eis praestantissimum uero bonum habitum commendauimus, tutum iuxta, & ad omnes naturales actiones accommodatum: cuius efficientes simul, conservantesque materiae duae sunt, tum quae salubris uictus ratio, tum quae exercitatio nominatur. cum enim materiae omnes, a quibus corpus nostrum immutatur, quatuor genere sunt, quae manu opere, quae medicamentis, quae uictu quae denique exercitatio perficitur. earum una aegrotantibus inutilis est, duae uero ijs, qui secundum naturam sunt affecti. nam qui aegrotat, ut medicamentis, manu opere, ac uictus ratione magnopere indigeat, certe exercitationibus nullo modo eget: qui uero accurate sanus est, exercitationibus quidem, & certam uictus rationem requirit, sed medicamentis, aut manu opere nihil ei opus est.

Gymnasticam

Gymnasticam esse partem salubris artis, quidque de ea Hippoc. Platonq; dixerint. Cap. 35. E
Gymnastica autem eius artis, quae salubris dicitur, pars est, atque abunde Hippocrates de utraq; nobis, portio, quae reliquitur, ut quae noscenda sunt de aere, locis, aquis, uentis, & anni temporibus; tum de cibis, portio, quae ultra instituit, omnia diligentissime conscripserit. ex his, n. diarta perfectior, simili quoque modo de tempore, de modo, ac qualitate non modo exercitationum, sed etiam fructus satis differuit. Plato autem a parte totum appellasse uisus est, cum non salubrem artem, sed gymnasticam nominauit: tum quia censuit, exercitationem esse principia ac propria beneuolentia, quod nulla ex parte agrotantes ea utantur: tum quia putauit, eam solam praeside indigere: propterea quod corpus accurate sanum naturali appetitu uentis neque in qualitatibus, neque in tempore usus, ullum errorem in cibis committeret. sed hac de re alius erit dicendi locus. porro autem nouisse Platonem, aliam esse gymnasticam, ut partem eius artis, quae in corpore uersatur; alteram uero, quae nunc in pretio habetur, ex his potissimum intelliges. eius autem uerba subiiciam, ac primum ea, quae in Gorgia sunt ad hunc modum: cum dicit inquit, res sine, duas esse artes assero: unam animi, quam civilem nomino: alteram corporis, quam & ipsam unam quo uocem nomine, non habeo. cum uero una sit corporis curatio, duas eius partes alteram gymnasticam, medicinam alteram nomino. hoc autem loco unam esse partem corporis curatricem, quae duas principes partes habeat. Plato apertissime indicauit, ac partes habere nomina, totam uero non habere, & in id, quod optimum sit, intueni, idque bonum esse habitum, erit ex his perspicuum: quae singillatim in eodem libro memorauit. Aliquid ne, inquit, corpus, & animam uocas? quid n. num igitur utriusque horum bonum quendam esse habitum putas? ego uero illic, an habitum quendam bonum uideri, nec tamen esse? nam quod dico, tale est. plerique corpore bene affecto esse uidentur, quos non bene affectos esse haud facile quis nisi Medicus, aut gymnastis magister deprehendet. iam uero in sequentibus, hos optimum intueni, & obsoniorum conditorem comptoremque ad id, quod iucundissimum sit, animum dirigere, ipsam palam indicat.

De uitiata gymnastica, & eius bono habitu, Platonis, Hippocratisq; sententia. Cap. 36.
Gymnasticam uero, quae athletae insituumur, graui quidem ornatam nomine, uitiolam tamen artem, quae nondum eatenus a naturali statu declinaret, quatenus eam hodie proraxerunt, quaeque non iam in id, quod optimum est, intueni inciperet, sed in uires absolute, quibus aduersarij prosterantur, ipse in tertio de rep. reprehendit his fere uerbis: Enim uero inquit, sermo omnium maxime, si ultra gymnasticam, hac superuacua corporis diligentia producat, nos tenet. nam & ad rem familiarem tuendam, & ad rem militarem, & ad urbanos magistratus gerendos incommoda est. Sed, quod familiariter elucit, omne discendi studium, & omnem intelligendi, meditandoque diligentiam impedit: dum capitis distentiones quasdam semper, uertiginemque, resomidati causamque in philosophiae studio conijcit, quasi ista inde exoriantur, quam ob rem ipsa ne in uirtute exerceamur, atque probemur, impedimento est. facit enim ut perpetuo nos agrotare existimemus: ac nunquam de corpore conuerti desinamus. paulo autem inferius gymnasticam finem non esse, parare uires, quibus aduersarij deiciantur, sed quarum ad naturales actiones obeundas usus sit, planius indicauit, cum ait: exercitationes autem, inquit, atque labores subibit intuens potius in eam naturam partem, in qua animus est, illamque excitans: quam ut habeat uirtutum rationem: neque, ut ceteri athletae, roboris gratia uictum instituet, ac sibi laborem adhibebit. planam autem ex omnibus est, Platonem de hac arte gymnastica sententiam Hippocratis accurate secutum esse: cuius artis finis est bonus athletarum habitus. eam uero damnat, ut pote quae ad omnes civiles actiones inutilis sit: quod ille breui oratione comprehendens, sic pronunciauit: athletica affectione non naturali habitus salubris melior est, ceterum uel maxime emendatam ipsorum affectionem, ad quam potissimum contendunt, ad sanitatem esse periculosa, idque Hippocratem, & Platonem cognouisse, nos alibi demonstrauimus.

Gymnasticam uitiolam multis nominibus reprehendit. Cap. 37.
Quonia autem semel de hoc uitioloso bono habitu, deque gymnastica institui dicere, haec etiam, quae breuissimum me potero, in medium afferam. cum igitur sanitas in symmetria quadam sit constituta, hinc gymnastica est constituta status procreatrix: siquidem carne multam, solidamque, aggregat, sanguinemque copiam quam glutinosissimum parat. non solum uires augere, sed & mole, & pondus comparare corpori studet: ut haec est ratio aduersarium prosteruat. quocirca non iam difficile inueni est, hanc artem esse & ad naturales actiones omnes inutilem, & ite periculosis exposita. nam quae in cunctis ueris artibus maximam est studium, ut ad summum eius, quod propter, peruenias, id in hac est pessimum: utpote quae affectionem, quam Hippocrates praeter naturam esse statuit, ut naturalis in dicitur. etenim naturam bonam, quoniam magis, praecedunt, crescit, & augetur, eo sunt meliora: quae uero naturae non sunt, eo deteriora euadunt, quo maiora redduntur. proinde quidam eorum repete obmittunt: alij sententiam, alij mori capti sunt: alij prostrati fuerunt: quod ea moles praeter naturam, eaque plenitudo naturam calorem extinguere, ac transitus spiritui intercluderet. quicquid autem eorum uiriora parant, in rupto uasculo sanguine aut uomitu, aut spuito reijciunt. huius igitur boni habitus opifices, quorum haec admirabilia uoluntina sunt, quae his temporibus ab ijs, quorum corruptae aures sunt, circumsunt, nos ex hoc nostro libro penitus amandemus. nam & tu charissime Thrasylbulus scis, hos ne dignos, quidem censes, quibus ego respondeam. quidam, huius plus erit, qui heri, aut nudius tertius praeter naturam se se explere, ac dormire desierunt, ac tantos spiritus sibi sumpserunt, ut ijs de rebus impudenter contendant, de quibus ne illi quidem facile

A facile efferre sententiam audeant, qui diu, multumque in eorum cohaerentia, repugnantiaque cognoscenda sunt uersati? ecquod graue, altum, eruditumque praecipuum audientes, si perdiscent? esset profecto mirabile, si ne illis quidem, qui a pueris in optimis sunt uersati disciplinis, tributum esset, ut huiusmodi contemplationis ueri iudices sint: illi, qui se ideo exercent, ut in certaminibus uictoria potiantur, sed ignauit illic quoque corona donati non sunt, ea repente gymnastica uisus sunt, illi inquam soli mentis acumine praestabant: & tamen uigilia, cogitatioque non inuisa potius, quam somnus aere ingenium reddunt: idque, quoniam uerissimum est, ab omnibus fere hominibus decantatur: crassius uenter subtilem mentem non parit. forsasse igitur pulvis solus adhuc ipsi est sapientiam largitus. nam lutum, in quo sunt per sepe uolutati, qui, est, qui sues in ea conuolui conspiciat, qui sapientiam esse opificem existimet? sed neque in laetitia, in quibus totos dies uitam ducunt, uerissimum est ingenij acumen procreari. & tamen illi nihil aliud prius faciebant, totam enim eorum uitam aut edentium, aut bibentium, aut dormientium, aut cacantium, aut se se in puluere, lutoque conuolutantium, in hoc ambitu uersari conspeximus.

Prax gymnasticae auctores, & ad quam medicina partem pertinet. Cap. 38.

Sed his dimissis, quippe cum ueras artes, non uitiolatas tractaturi, in hunc sermonem incidimus, artium scilicet ueram gymnasticam, Hippocratem, Dioclem, Praxagoram, Phylotimum, Erasistratum, Herophilumque, & quicumque totam artem, quae in corpore uersatur, didicerunt, iam accersamus. audisti enim nuper Platonem dicentem, eam proprium nomen non habere, uoli igitur tuum nomen totius artis, quae in corpore uersatur, perquirere. non enim inuenies: sed si quando in eius sermonem incidere, contentus esto Platonem imitans ita differere: cum una sit corporis curatio, duas eius partes esse dico, alteram gymnasticam, medicinam alteram: ac sanorum gymnasticam, agrorum medicinam. illud autem magis considerandum est, Platonem non opposuisse salubrem artem medicinae diuidendo: ut ceteri omnes, de quibus dixi, homines fecerunt: quorum unius, si lubet, mentionem faciamus, quoniam libri tui eius sunt in manibus omnium. itaque Erasistratus in primo salubrium habet haec: Neque enim inueniri Medicus potest, qui se ad salubrium tractationem contulerit. tum addit, cruditates ab aliquo affectu productae, earumque curationes ad medicinae, non ad salubrium tractationem pertinent: tum progrediens subiungit: si quod autem uitium sit in corpore, propter quod ea, quae assumuntur, perpetuo corrumpantur, fac perinde in malos succos, ut sunt priores, conuertantur: eam affectionem Medici est, non salubrium professoris dissoluere. iam uero paulo post scribit hoc modo: de his differere, aut huiusmodi dissolueret ad Medicos, non ad salubres pertinet. hic enim uir non solum artem quandam salubrem, sed etiam alij omnes, sed eius etiam artificem appellare salubrem uidetur, sicut medicinae professorum, Medicum uocat, ut curatrice arte, quae uersatur in corpore, cuius proprium apud Graecos nomen nullum erat, in duas principes partes diuisa, sicut ipsas partes medicinam, & salubrem ita earum quoque professores salubrem, Medicumque non inuenis. atque alij etiam complures Medici huius nominibus eodem modo uisus sunt.

Cum salubris medicina pars a Platone gymnastica dicatur. Cap. 39.

Verum, ut uidetur, Platonis temporibus nondum hoc erat in more positum Graecorum, ut uel artem, uel eius professorem salubrem nominarent. immo uero neque Hippocratis liber salubris in scriptis est salubris, sed alter de diarta alter de aere, aquis, & locis. forsasse etiam, ut monui, sanis non opus esse diarta, sed solam gymnasticam eis satis esse, Plato existimauit. neque enim aut refectionem partem, aut praeseruatricem conuenire gymnasticae forsasse arbitratus est. nam cum medicae interiectae sint, ut iam dixi, ad utram uelis, aggregabis. uerum si eas medicinae adiunxeris, exigua sane erit salubrium pars, de aere, de aquis, de regionibus, de exercitationibus, de que cibis agens: ac ne de cibis quidem omnibus, sed de ijs modo, qui sanis conueniunt. quinetiam cum forte Medicus aeris, aquarum, regionumque notitiam ante comprehendere, ut pote pars curatrix sit prius constituta, certe ut non solum Medici, sed etiam salubrium professores fiant, nihil reliquum erit praeter artem exercitationum, quod perdiscat. quam ob rem non erit absurdum, ut a parte, quae nomen habeat, totum nominetur. sed haec nomen, non tam attingit disputationem.

Uti uel medicina diuidatur. Cap. 40.

Si quis autem, quod supra dixi, non de re, sed de nomine uerba fieri cognoscens, iubet me quaeque aliquid de hoc dicere, ego eos melius facere confirmabo, qui duas totius artis primas partes salubrem, curatricemque nominant: nam in methodis diuidendi percepimus res, quae sunt eiusdem generis per opposita inter se membra distribui. qui enim explicata dicat, animantium alias esse aerias, alias aquatiles, si addat, alias esse paruicipes rationis, is erit plane absurdus. qui prior diuisio postulabat, ut igneae, & terrestres, quae aeris, & aquatilibus proportione respondent, adiungerentur. se cuncta uero exigit, ut rationis paruicipes expertibus diuidendo opponantur: eademque ratione mortali immortale, fero cicur, pedestri uolante, & natans. extrema enim dementia est, si dicas, animantium alias esse immortales, pedestres alias, & alias bipedes. eodem quoque modo in arte, quae uersatur in corpore, si quis uelit diuidendo partes inuenire, eam, quae aegri curantur, medicinam; quae sanis consulit, salubrem nominabit. ac melius etiam, ut nos paulo ante retulimus; cum ars, quae uersatur in corpore, emendatrix sit, quae pars magna uitia corrigit, medicina, aut medicatrix dicetur: quae parua,

lib. v. habet
 duos. i. ipsi li-
 bri.
 illi legunt, du-
 os. i. ipso.
 alii, ut nos,
 duos.
 tunc qui le-
 gant, duos. i. &
 non.

parua, ac proinde sensum effugit, ut fere nescias, an correxerit, conseruatrix, quin etiam accommodata. Eius a materijs nomine his partibus impones, ut altera morbida, salubre altera uoces. si uero salubre, aut cōfusa uocet partem in crachis (diximus, eam utroque appellari modo posse) a subiecta materia diuides in partes tres, ut ante scripsimus: quartam una erit, quam refectricem uocant: altera salubris in habitu: tertia erit boni habitus: cuique enim harum est propria subiecta materia: unum corpus ex relatione sanum: illi est habitu: tertia bono habitu praeditum. sic enim, ut etiam corpora eodem cum partibus artus nomine appellentur. si uero habita ratione materiae auxiliorum diuidas, huius conseruatricis ac salubris artis erit quadripartita diuisio: una in assumptis, altera in ijs, quae sunt: tertia in ijs, quae euacuantur: quarta in ijs, quae extrinsecus occurrunt, erit posita: siquidem horum usu sanitas conseruatur, salubris autem artis pars, quae in assumptis uelatur, est eduliorum, potionumque: ad euendam sanitatem pertinentium scientia: quae in ijs, quae euacuantur, est sudorū, deiectionum, urinarum, & uero uerbo, eorum omnium, quae excernere corpus nostrum debet, cognitio: quae in ijs, quae foris occurrunt, aeris, aquarum, salūginis, maris, olei, & omnium aliorum, quae sunt huius modi, uim naturamque considerat. quarta autem, quae restat, cuius munus est, ut quae sunt, intelligat, exercitationes, & uitae studia, ut appellant, ipsa pertractat. nam & uigilia, & somni uacuitas, & somnus, & res uenerae, & ira, & curae, & balnea sunt huius generis. & horum singulorum salubrium, quorum est facta mentio, quantitas, qualitas, occasioque dignosci debet.

Vera gymnastica quae sit, quaeque uisiosa. Cap. 41.

Exercitationum igitur scientia pars est salubris artis perexigua. est enim, opinor, aequius, ut gymnastica ars appellatur, quae sit omnium exercitationum facultatis cognitio. nam scire, quae solum ad palastram pertinet, cum peruisillum est, tum uero ne ad omnes quidem est homines accommodatum. melius autem est navigare, fodere, metere, telum torquere, currere, saltare, equitare, uenari, armis decurrere, ligna findere, onera gestare, agrum colere, ceteraque omnia secundum naturam efficere, quam in palastra exerceri. iam igitur potes perspicere, non modo gymnasticam esse artis salubris partem exiguam, sed etiam gymnasticam minime partem esse eam, quae in palastra uelatur, & item athletarum studium, quod illi cognatum est: quodque affectionem quandam non naturalem afferre habetque artem uitiosam sibi propositam, quae optimum quidem boni habitus finem praese fert: omnia tamen potius, quam bonum habitum producit. sed huius uitiosae artis illi infeliciter uelati, scientiam repente facti sunt: uerae aut gymnasticae & Hippocrates, & praedictorum uirorum coetus peritus est. ut autem in ijs, quae ad medicinam pertinent, non omnia sunt ab omnibus recte dicta, ita de exercitationibus, sed nunc non est nobis propositum eos coarguere, quid de eis male praecipere: sed gymnasticae nomen exponere. haec autem perinde est facultatum in exercitationibus positarum scientia quaedam, ut medicina, quae medicamenta tractat, est facultatum medicamentorum cognitio. etenim haec partes ambae a materijs, sicut etiam aliae, de quibus paulo ante dixi, nomen duxerunt.

Reprehenduntur, qui totam artem uelut male diuiserunt. Cap. 42.

Est autem perspicuum, male sentire eos, qui diuidendo gymnasticam medicinae opponunt: siquidem illa a materia, haec ab uniuersali, generalique actione nomen traxit. prima enim actiones singulares sunt, ueratro, aut scammonia, si sic uel ueniat, purgare, uenam scicare, os excidere, inedia imperare, cibum offerre. post haec sunt aliae magis generales, & in uniuersales medicari, manus operari, dietam instituire. & quod his omnibus est commune, mederi: sicut etiam, opinor, omnibus actionibus, quae in sanis corporibus uelantur, communis est conseruatio, & quisquis diuidendo medicinalem partem conseruatrici opponit, is facit, ut quae sunt similis generis contrario nomine opponantur: quia utraque ab actione nominatur: ut rursum a subiecta materia nomen ducunt morbida, atque salubria: materia praesidiorum pars, quae in medicamentis est posita, & gymnastica. illa enim morbidae, & medicinalis, haec salubris & conseruatricis pars est.

Quam proportionem seruantes artes, & dormientes habeant. Cap. 43.

Aduertendum autem hoc loco est, ne gymnasticum, palastraeque praefectum nos eundem consistere, totiusque gymnasticae partem quandam palastricam, ut ita dicam, facere, ignoremus. nam qui scit palastras omnes, & cumetas item frictionum actiones singillatim recte obire, is pistori, coquo, aedificatorique proportionem respondet: qui panem, obsonia, dorminque sciat efficere, quid tamen in eis optimum sit, quid non, quaeque singula in eis uim ad sanitatem habeant, neque sciant, neque intelligant. quare sit, artem quae nostro corpori consulit, unam esse, ut est a nobis saepe dictum: alia huic materias apparant. neque enim cerelo nouit, quibus sit melius uti calceis: quibus, non uti: sed nec scit, qui uti eis debeant, hocne, an illo genere calceorum utantur. id tamen Hippocrati notum fuit, qui uisum cuidam, ut arbylas lutum calcantes gereret, cum tamen arbylas ipse non faceret, non magis quam imperator galeam, loriceam, hastam, clipeum, gladium, & ochreas conserueret. aedificator quoque nihil nouit nec de excelsa, aut humili habitatione, nec de ea, quae orientem, aut occidentem solem spectat, nec quae ad aquilonem, uergit, frigidaque est, aut quae austrum, & calida est. nec de tenebrosa, aut luminosa: neque de ima eius parte, aut superiore: neque de humida, aut sicca sed quam

quam utilitatem, quamque noxam haec singula afferant, prorsus ignorat. pistori quoque nescit, cui panis panis, cui furfuraceus conueniat: nec cui multus, cui paucus: nec quo tempore sit dandus: cum tamen bonum facit. simili quoque modo coquis lentem, hordeum, aliam, betam, aut quid aliud licet uires eorum nesciat, parare tamen nouit. huiusmodi autem artes in artibus omnes ei arti suppetunt, quae corpus humanum curat: sicut his ipsis aliae artes subministrant: ut pistori triticum parat agricola, furnum furni conditor: ligna is, qui arbores incidit, mensam faber lignorum: fabro alius alicam, alius amulsum, alius denique ligna. cerdoni quoque cultrum parat ars fabri ferrarij, corium uero ars, quae pelles condit, ligneam pedis formam ars fabri lignorum. iam uero aedium structori fictores, lapicidae, figuli laterum, fabri lignorum, tum lapides, tum lateres, tum ligna accommodata praeparant: atque haec artes omnes operum indigent, & perfectioribus ipsas materias, quibus sine suo conseruantur, & optima instrumenta, quibus illas ornent, subministrant.

Medicinam ceteris artibus praefectam, & quomodo. Cap. 44.

Omibus autem his praesidet ars corporis curatrix, seu princeps quaedam, eaque praecipit arti aedificandi, ut quamprimum huiusmodi domum aedificet: cerdoni calcem praescribit: pistori panem, eo quo obsonia ut pareret: tum singulis artibus, ut quaeque est ad res faciendas accommodata. huius autem corporis curatrix ars particula quaedam salubris est: huius deinde in quatuor partes distributa, uisus partis gymnastica est particula. ea igitur tot artium ueluti princeps est: quippe quae equestri, quae equitandum sit: arti uenandi, & quouis modo animalia captandi, cum usus postulat, modum, occasionem, qualitatemque praescribat eadem quoque ratione fodientibus, sementem facientibus, ligna incidentibus, remigantibus, saltantibus, & quicquid aliud agentibus praefecta ipsa imperat, & dominatur.

De arte, qua pueri exercentur, quaeque uisiosa dicebatur. Cap. 45.

Inter huiusmodi autem artes una etiam illa est, quae in lucta uelatur: eam, si placet, *uoluptas*, hoc est puerorum exercendorum disciplinam appellemus. haec enim nihil intelligit eorum, quae ad corporis utilitatem, noxamque pertinent: apprehensiones uero, motionesque & decentes, & uarias, & labore uacantes, & quibus aduersarius sternatur non minus, quam saltandi ars inuenit. Sed haec corporis curacionem sibi non arrogat. Illa uero *uoluptas* nescio quo modo, praesumina sensus hebetudine, ut attonitus minister quidam in gymnasticam, optimum dominum insurgit, non secus, quam si grauis armaturae miles, aut eques, aut sagittarius, aut funditor, aut iaculator, imperatori aciem struenti, armati, in praedium educenti, & postea receptui canenti aduersetur. infans enim esset, si eum ad priuatas actiones imperatorem prouocasset, in ijs inuentus praestantior, aut imperium sibi communicandum esse ceu feret, aut eius artem esse imperatoriae partem existimaret: nihilo etiam minus, ut ego quidem pato, puerorum exercitor infans, si aut gymnasticam se scire, aut eius partem possidere, sibi peruadeat, cum minister tantum sit. ut enim miles imperatoriae, sic exercitor puerorum est gymnasticae minister: is enim in eo, quod exercet, gymnastica: in eo uero, quod arte luctandi tractat, est alterius professionis minister: quae ego *uoluptas* uisiosa, hoc est apta ad prosternendum aduersarium uoco. ac non solum ita nominant eos, qui athletas exercent, sed etiam gymnastas. & tamen re uera aliud est ars puerorum exercendorum, quemadmodum sagittaria: illa uero, qualis est imperatoria, gymnastica uero, qualis est medicina. & unaqueque harum duabus artibus praefectis ministrant. ita quoque ars cerdoni, ut optimum militi cuidam calcem faciat, ab arte imperatoria traditur: ut uero calcem ad ualitudinem aptum parat, hoc ars, quae corpus gubernat, ei imperat. Sic etiam ars culinaria, obsonium ad sanitatem accommodatum medico, & salubrium artificij parat: ad uoluptatem uero, non iam ad artem illam pertinet, sed ad adulationem, quae non sanitatem, sed uoluptatem sibi finem proponit. Sic igitur quae in lucta uelatur, quod est ad sanitatem optimum id, salubribus, gymnasticisque apparet, quod ad affectionem athleticam, illi uisiosa erit, de qua saepe dixi, quae se quidem gymnasticam uocat, sed tamen rectius prosternendi ars appellaretur. eam uero etiam *uoluptas* uisiosa eodem sensu Spartani uocant: & *uoluptas* uisiosa hominem, non qui uiribus praestet, sed qui in hac facultate aduersarium prosternendi, magis sit diutiusque uersatus.

Gymnastica uisiosa reprehenditur. Cap. 46.

Proinde omnis bene instituta resp. hoc ipsum studium odit, ac detestatur: ut pote quod omne uitae robur enertat, neque ad bonam corporis affectionem perducit. equidem sapienter expertus sum me ipsum esse athleticis qui praestantissimi uidebantur, & multas in certaminibus coronas meruerant, ualentiores, illi enim in quouis itinere faciendo, bellicisque, ac multo magis ciuilibus actionibus rusticisque negotijs omnino inutiles erant. Si uero quandoque agrotanti amico assidere, opus fuisset, in consulendo, considerando, auxiliando omnium ignauissimos se esse declarabat: ut a suis, eos non differre perspiceres. & tamen qui omnium eorum infelicissimi, nullaque unquam corona potiti sunt, repente se ipsos gymnastas nominant: tum non minus, opinor, inconcinna, barbaraque, quam si uis, uoce clamant. sunt etiam ipsorum nonnulli, qui uel de frictione, uel de bono habitu, uel de sanitate, uel de exercitationibus uolumina conscribere aggrediuntur: tum illis consentire, aut repugnare audent, quae nunquam didicerunt. cuiusmodi fuit ille, qui paucis ante diebus Hippocratem coarguebat, quod

QUARTA CLASSIS. B male

Videretur legendum uoluptas, & non uisiosa.

male de frictione sensisset, cumque Medici, ac philosophi quidam, qui tū aderant, ad me uenissent, atque ut totam eis rationem exponerem, a me uehementer petijt: intellexerunt Hippocratem primum omnium optime de frictione discessisse, tum gymnasia ille qui a nullo doctore, sed suo Marte didicerat, repente in medium se proripuit, puerum quendam exiit, nobis insit, illū ut fricaretis, atque exerceremus: aut de frictionibus, exercitationibusque ne loqueremur, tum uociferans, quando inquit, Hippocrates unquam in caueam ludorum est ingressus? quando in palestram descendit? ac ne oleum quidem infundere recte scitit, ad hunc ille modum uociferabatur, nec alto qui tacens audire, nec que dicebantur, intelligere poterat, nos uero per otium illis presentibus diserebamus, malo genio imbuti illum hominem non secus fecisse, quam coquus, ac pistor consueuerunt, qui de pituita, panis, disputare audent, tum aiunt, quando Hippocrates in culina unquam, aut pistrino uersatus est? nobis igitur inquam, placentiam, aut paucam, aut iusculum in olla condiat, deinde de eis edisserat.

Cur tota ars, quæ uersatur in corpore, medicina: eiusque artifex, sit Medicus appellatus.

Cap. 47.

Dixeris fortasse, cur igitur Hippocratem, & cœtum uniuersum, qui ab illo manauit, Medici nomine appellamus, si hoc nomen ad uniuersam arti, quæ corpus gubernat, sed soli eius parti, quæ agros exercitationes pertinet, ab eo deseratur, nimirum ob hanc causam, quia cum prima totius artis pars curatrix sit constituta, propterea quod etiam maxime urgebat, deinde per multum otium ea, quæ conferuatrix, salubrisque uocatur, ad illam sit addita, factum est, ut tota ars a parte nomen dixerit: ut etiam in alijs multis usi uenit, nam & geometras appellamus non solum qui in formis planis, sed etiam qui in solidis uersantur, nec quisquam hodie est, qui ut geometra, sic stereometra uocetur: sed hoc nomen hoc ipsum salubrium nomen, non corporum quidem, neque ciborum salubrium, sed hominum hæc ipsa intelligentium, quos Erasistratus diuidendo Medicis opposuit, simili quoque modo ueteres Græci præfectos triremium trierarchas appellabant: nunc uero omnes iam cuiusuis naualis exercitus duces, quamuis triremes non sint, ita nominant, simile huic rei quidpiam in medicina, medicisque accidit: ut ab ea parte, quæ prima constituta est, & ipsa ars tota, quæ uersatur in corpore, medicina: & eius artis professor, Medicus progressu temporis uocaretur. quam ob rem non erit absurdum hoc tempore, si quaeratur, cuiusnam artis pars sit ea, quæ salubris dicitur, medicina: partem esse respondere. eū enim late pateat hoc nomen, nec iam partem, sed totam artem, quæ in humano corpore uersatur, significet, G iure ac merito Hippocrates, & qui florent hoc tempore, Medici nominantur: ac duas ipsius artis maximas partes curatricem, salubremque agnoscunt, rursus uero salubris partem esse gymnasticam norunt, ut est a nobis ante demonstratum, ut igitur Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Philotimus, & Herophilus totam artem humani corporis præsidem, ut eorum scripta declarant, cognitam habebant: ita cōtra cum Theo, atque Trypho uitiosam athletarum artem pertractarint, ut etiam ipsorum indicant uolunt: appellant enim præparationis nomine exercitationem quādam: deinde aliam, partitionem: tum aliam quādam, perfectam: aliam denique apothepiam: tum quaerunt, utrum in hoc circuiu exerceri, ac uersari athletam oporteat, & an non oporteat, controuerfantur: quomodo ego salubrem facultatem esse artis eorum particulam intelligam? cum enim hæc non sit ueræ gymnasticæ pars, sed contra, illa sit pars eius, quæ salubris dicitur, quid est, cur de uitiosa istorum arte dubitemus? ea enim præterquam quod totius artis, quæ corporis præses est, nullo modo est pars, cuiusdam etiam studio præsidet, quod non modo Plato, & Hippocrates, sed etiam alij omnes tam Medici, tum philosophi contem-

Græca uerba corrupta uidentur. fortasse pro τέρτον legendum est, τέρτον, ut dicas, medici nam uo cānc. alioqui legendum erit, τέρτον, καὶ τὸν τὸν ἄλλων.

† Antiquus & Aldus legunt, κέρτον. i. iudicio, nos κέρτον.

GAL. DE ALIMENTORVM FACULTATIBVS

LIBRI TRES,

Martino Gregorio interprete.

Ad exemplaris Græci fidem nunc diligentius recogniti.

ARGVMEN. PRIMI LIBRI.

Facultates in alimentis ratione ac experientia compertas enarrat, ac in primo quidem libro de seminibus uniuersis agit, quæ uenerunt in usum alimenti.

Cur cibaria eadem diuersis hominibus exhibita uaria efficere uideantur, ac de communi ratione dignoscendorum alimentorum.

Cap. 1.



DE facultatibus, quæ alimentis insunt, plerique præstantissimorum medicorum præcipuo studio in eam speculationem conuersi conscripserunt, quod omnium, quæ sunt in medicina, ea propemodum sit utilissima. Nam alijs præsidjs non omni tempore utimur, sine alimento autem ne uiuere quidem, neque secunda neque aduersa ualitudine possumus. Merito igitur præstantissimorum medicorum plurimi facultates, quæ ei insunt, diligenter magnoque studio peruestigarunt. Inter quos alij sola experientia nobis illas innotescere contenderunt: alijs rationem quoque unâ placuit adlungi: alij denique uel primas ipsi tribuerunt.

Quod si, ut inter Geometras & Arithmericos, ita inter eos, qui de alimentis scripserunt, omnino euenisset, nihil nunc oporteret nos denuo hanc de iisdem post tot ac tales uiros scribendi molestiam tubire. Verum, cum mutuis disensionibus suspectos sese reddiderint, (fieri enim nequit, ut omnes uera dixerint) quæ ab illis sunt tradita, à seueris iudicibus examinari est necesse: Iniquum enim fuerit uni præ alijs absque demonstratione fidem adhibere. Porro, cum demonstrationum duo genere sint principia, aut eam a sensu, aut à notione euidenti demonstratio omnis ac fides proficiscitur, nosque ad præsentis commentationis conscriptionem necesse est aut altero horum, aut utroque uti, ratione autem res iudicare non omnibus itidem sit promptum (nam & natura sagaces esse oportet, & à puero ingenium in mathematicis disciplinis excoluisse atque exercuisse) fariis esse duximus ab experientia aspiciari, eo que maxime, quod bona pars medicorum hac sola alimentorum facultates inuenias esse pronunciarint. Nam empiricos, qui omne studium operamque eo conferunt, ut, quæ ratione sunt inuenta, ambitiosis contentionibus oppugnent, fortasse quis contempserit: uerum Diocles (tamen si professione est dogmaticus) hæc ad Plitarchum in primo de sanitate tuenda libro scripta reliquit. Qui omnia sapore eodem, odore, calore, aut alio id genus prædita, uires eandem obtinere existimant, haud rectè opinantur, nam multa ostendere possumus dissimilia fieri ab his, etiam si, quod ad prædicta attinet, inter se conueniant. Non enim, si quid aliud, aut urinam mouet, aut aliam quamlibet habet facultatem, ideo tale esse quodque est putandum, quod uel calidum sit, uel frigidum, uel salum, quandoquidem non dulcia omnia, aut acria, aut salia, aut cetera id genus eandem habent facultates: sed, si quis actionis cuiusque ipsorum causam toti naturæ retulerit acceptam, is minime à ueritate aberrabit. Qui uero singulorum causas, cur uidelicet nutriant, aut alium, aut urinam cieant, uel aliud quidpiam eiusmodi præsent, reddendas auerunt, ignorant: uidentur, primum, quod hæc inquirere, haud frequenter ad usus sit necesse, deinde, quod multa sint in rerum natura, quæ principijs quibusdam ex natura sua quodam modo sunt similia, ut nullam causæ rationem admittant. Ad hæc nonnumquam hallucinantur, cum incogita, & controuersa, neque admodum uerisimilia sumendo, abunde causam ipsam credunt se assignasse. Quo circa neque ijs, qui causas eiusmodi afferunt, neque ijs, qui de omnibus causam putant esse reddendam, est attendendum: sed potius ijs, quæ diuturna experientia fuerunt explorata, credendum. Quorum autem possumus, causa est inquirenda, quando, quod de ipsis dicimus sic speramus fore notum magis ac magis credibile. Hæc sunt Dioclis uerba, sola experientia alimentorum facultates nobis notas esse arbitrantis, non ex indicationibus, quæ cum a temperamento, tum a saporibus sumuntur. Cum autem, quæ est in partibus plantarum, alia adhuc inesset indicatio, eius non meminit. Dico autem partibus plantarum indicationem inesse, qua præter alias Miesithæus est usus. Per hanc enim in plantis alias quidem radicibus, alias caulibus facultates inesse ostendit, quemadmodum certe & folijs, & fructibus, & seminibus alias. Quod uero experientia, ut alia pleraque, ita & qui cibi facile, aut secus concoquantur, quique stomachum inuient, aut offendant, denique qui alium laxent, iritent, aut sistant, nos doceat, uero est, cui uel tantillum est mentis, qui ignoret. Ceterum in ijs ipsis plerique falluntur, qui citra limitationem faciunt de rebus periculum: ut in commentarijs de simplicium pharmacorum facultate, atque in tertio de temperamentis demonstrauimus. Nec sanè, qui utre-

hæque committuntur errores, multum inter se sunt dissimiles. Quapropter hoc quoque loco ad iuuam, E
 uti illic, limitationes scribere, quibus quis intentus singulorum facultates citra errorem possit depre-
 hendere, haudquaquam mei est institui, qui seribet diu taxat de quaque re scribere soleam, non eadē
 in multis commentarijs de iisdem passim inculcare. Ut igitur uisitationi mihi morem ne nunc quidem
 prætermittam, summas tantummodo limitationum, idque ea breuitate, quam orationis perspicuitas pa-
 tietur, sum complexurus. Incipiam autem ab eo, quod omnibus est in ore, quodque Erasistratus minus
 recte scripsit, melicratum uidelicet aluum non cuius subducere, neque lentem cohibere, sed quosdam
 esse, qui, præter quam quod neutrum experiuntur, in contraria etiam incidant, ut sistatur quidem eis
 aluus a melicrato, laxetur autem a lente. Præterea quosdam inueniri, qui bubulam minori negotio, quā
 pisces saxatiles conficiant. Equidem ab istis semper soleo sciscitari, (nam a postremis exordiar), quod
 nam ipsis symptoma accidat, quo iudicent se saxatiles pisces non coxisse, utrumne pondus quoddam in
 uentriculo, ut instar plumbi, aut lapidis, aut luti quiddam incumbere ipsis uideatur, (hoc nempe modo
 quidam, quem ex huiusmodi cinditibus sensum percipiunt, interpretantur) an mordicationē qua-
 dam manifesto in ipso, an flatum, an ructum grauem sentiant. Tum alij nidorem uentris magis sibi ructū
 accidere alij mordicationem: non nulli utrumque, responderunt. Horum igitur corporis habitum dili-
 genter contemplantur, deprehendi bilis fluxus copiam in uentriculo, uel ob prauam quampiam tempe-
 riem, uel propter peculiarem constitutionem esse aseruatam. Peculiarem autem dico constitutionem,
 quoniam hominibus quibusdam bilis ex icore in intestina desluens, in uentriculum regurgitat: Præter
 uero temperiem, cum calor natura ipsis inest acris ac mordax, & (ut sic dicam) febriculosus. Proinde
 par est, ut isti cibos corrupti difficiles melius, quam faciles coquantur. Quando, quæ facile concoquun-
 tur, facile item alterantur, ac corrumpuntur: contra, quæ concocti sunt difficilia, non facile quoque rû
 alterantur, tum corrumpuntur. Hæc certe, si in multum calorem inciderint, coquantur magis, quam si
 moderato occurrerint. Atque hac profecto ratione accidit, ut non nulli bubulam facilius, quam pisces
 saxatiles conficiant. Lens autem quibusdam aluum mouet magis, quam inhibeat, non alia ratione, quam
 ut in commentarijs, quos de simplicium pharmacorum facultate conscripsimus, demonstrauimus.
 Quæmadmodum enim ex ijs, quæ a nobis præparantur, non nulla, quæ facultatem ac substantiam ha-
 bent contrariam, componuntur, ita & natura ipsa per multa, quæ sensui simplicia apparent, comiscuit:
 quod in plerisque alimentis comperias. Etenim non lens sola, sed & brassica, atque adeo marina præ-
 permodum omnia, quibus testa pro cute est, quæ Græci *δερμαδερμα* appellant, compositam ex pugnan-
 tibus facultatibus naturam sunt sortita. Nam solidum cuiusque corpus tarde permeat, aluumque sistit:
 humor uero stimulat ad excretionem. Huius porro rei ex coctione manifesta sumitur demonstratio, G
 cum aqua, in qua distorum quodam fuerit decoctum, aluum subducit, ipsa uero corpora, inhibeant. Hinc
 non nullos audias, qui dicant, si brassicam leuiter coctam, & uniuersim ac repere ex lebe in uas aliquod,
 in quo sit oleum ac garum, transfusam, ante alios cibos sumpseris, aluum subducet: Alios autem uideas
 brassicam, quæ Græcis dyspephthos, id est bis cocta, nuncupatur, ad uentris cohibitionem hoc modo
 apparare: cum ipsam aquæ prius incoxerint, aquam quidem totam ex lebe effundunt, aliam autē ad-
 fundunt puram & calidam, in qua rursus brassicam secundo coquant, ut, si quid proprii succi post
 priorem decoctionem habuit reliquum, in hac penitus deponat. Omnibus enim, quæ in humore coquuntur,
 usum uenit, ut quiddam ab eius facultate in se detraherent, ac de sua uicissim portionem aliquam ipsi im-
 partiantur. Id quod in ijs, quæ in iure aliquo elixamus, siue legumen, siue animantis pars, siue olus id
 fuerit, quotidie tibi licet discere. Res namque elixa, tam gustu, quam olfactu, ipsius iuris: ipsum autem
 ius, rei, quæ in se est elixa, qualitatem ac facultatem representat. Totius porro, qui nunc nobis est pro-
 positus, sermonis ueritatem poteris sic explorare. Lentem, aut brassicam, aut aliquod marinorum me-
 moratorum animalium decoquito, postea decoctum oleo, garo, pipereque conditum, cui libuerit, propi-
 nato: idem facito in brassica bis cocta. Videbis enim potione quidem aluum diluui: solidi autem corpo-
 ris esu constipari. Quare non est, quod miremur, si ab huiusmodi cibus, quando cum ipsorum (sue-
 co solidum corpus sumptum fuerit, tormina interdum & inflationes oriuntur. Pugna enim quædam
 inter utrumque sit, cum solidum quidem corpus hæreat subinde, ac tardet, succus autem ad excretionē
 properet. Quo casu, si quod mordicat, excretum fuerit, cessat symptoma: sin moretur, uentrem tormi-
 nibus ac flatibus infestari est necesse: quibus sola pugnantium excretio finem imponet. At, cum non nul-
 lis uenter ad egerendum [natura] sit propensus: alij autem sit succus, & ad egerendum difficilis, utrique
 pro sua natura symptomatis, quæ ab huiusmodi cibus sunt, afficientur: cum uenter alius succis, alius soli-
 di corporis facultati optulerit. Duabus namque contrarijs causis simul commissis, unam superare, al-
 teram succumbere alteri est necesse. Id ipsum autem propter uentris affectus quosdam accidit, non na-
 riuos quidem illos, sed aliquo tempore subortos. Nunc enim pituitosum in eo humorem, nunc bilio-
 sum acerrum contingit. Atque ipsius pituitosi, alius quidem est acidus, alius saluus, alius dulcis, alius de-
 niq; sensibilis qualitate est expers. Rursum alius est liquidus, alius crassus, alius uiscidus, alius distipatu
 facilis. Ad hæc humoris biliosi, alius est fluuus, alius pallidus, in quorum utroque maximū est pro ma-
 joris & minoris ratione discrimen: ut interim alias eius species prætermittam, quæ in corporibus agro-
 ratiibus apparēt. Singuli igitur memorati humores, eū aut ad alij excretionē, aut eiusdem cohibitionē plu-
 rimū habeat momenti, postea quæ integra ciborum memoratorum corpora eū suis succis in uentre perueniant,
 ijs quidem,

A ijs quidem, quæ eiusdem secum sunt facultatis, ferunt suppetias: aduersantur autem ijs, quæ sunt con-
 trariæ. Antea quidem duas genere causas recensueramus, propter quas iisdem sumptis cibus diuersi in
 uentre effectus sequerentur. Nam uero præter naturalem constitutionem, & liquidas solidasque
 partes, id est, ciborum partes, tertia quoque adiuuata est: nec uero, siue *δυσπεπτα*, siue *επιπεπτα*, ep-
 pelles, quicquid intereret. Si quidem tum ijs nominibus, tum etiam ijs nihilominus, cibos *αγρια* & *βελγικα*
 appellant. Cui rei testis est Hippocrates in opere de morbis populariter grassantibus scribens ad huc
 modum, *τὸ βελγικόν*, id est, escas ac potus experiri oportet, an æque diu moventur. Ac rursus alio loco,
 " Labor, *αγριον*, hoc est, cibus, potus, somnus, uenus, oia mediocria. De nominibus quidem certe (quod
 " semper prædicamus) non oportet nos esse sollicitos, nec, quo pacto quis ipsis utatur, laborare, cum
 " ea præsertim omnia Græcis uisitata: sed rerum ipsarum scientiam consecrari. Alimenta ergo ci-
 ti tardue transitus esse comperuntur, alias ob naturalem nostram ab initio constitutionem, alias ob
 uentris dispositionem acquisitam, non nunquam ob peculiarem aliquam esculentorum ac poculero-
 rum substantiam: quando quidem ex ijs quedam humida, quedam sicca [duræ] sunt: ceu alia uiscer-
 da, alia friabilia, ac diuiliu facilia: non nulla denique acrimoniam in sese habent, alia acorem, aut ama-
 rorem, aut dulcedinem, aut fæluginem, aut austeritatem, aut acerbitatem, aut alias, extra has, facul-
 tates medicamentosas eiusdem generis cum ijs, quæ purgantibus medicamentis insunt. Si quidem æri
 plex, blitum, malua, cucurbita, quia sunt lenta ac perhumida, alijs, quæ talia non sunt, celerius substi-
 duant: potissimum ijs, qui sumptis illis in solo leniter obambulant, sensum modiceque cedentia. Lubri-
 cabunt enim, si quis conuertatur, promptius, quam si quietus iaceat. Eodem in genere ponere quis pos-
 sit, mora, dulcem cerasiam, & ex nimis, quæ dulcia [simul] sunt ac crassa. Pepones quoque, & quos melope
 ponos uocant, y humidum sunt ac leni, uentri subducendo sunt idonei, facultatemque mediocriter abster-
 gendi habent, & horum maxime pepones: quam facile, si sordidam aliquam partem ijs confideris,
 perceperis: protinus namque cernes, quicquid in ipsa est sordium, abstergi, ideoque inter ea, quæ uri-
 nam mouent, connumerantur. Porro inter humida corpora & aquosa sunt, quæ præcocia uocantur,
 & persica & omnino quæcumque nullam gustantibus ea, aut olfacientibus, qualitate uehementem
 representant. Quæ, si quidem uenter ad deiciendum est propensus, non ægre subidunt: sin minus, hæ-
 rent & ipsa sublimia, nihil ad ipsam excretionem conferentia. Etenim huiusmodi ciborum materia
 medium quodammodo inter aluum sistencia, & proriantia locum sortita, exiguum quid in alteram par-
 tem affert momenti, si in uentrem incidat, nec ad excernendum ualde socordem, nec ad distributionē
 alacrem ac robustum. Interdum enim hæc quoque aluum cohibent. Quæ & melicratum, in quibus ce-
 leriter distribui occupat, nihil alio ad excretionem conferit: quinimmo cibus secum commisit, ad di-
 stributionem proit. Quod si distribui celeriter non anteuertat, ad excretionem, non secus ac flaua bi-
 lis sua acrimonia ac mordacitate, irritat. Hoc ergo cibarium atque potionum genus diu taxat mor-
 dicatione sua uentris partes ad expulsionem exulsciat (perspicuum autem est, quod etiam intestinorum
 substantiâ nomine uentris complectimur: sic nempe uulgus *προεσπαστα* & *μεγαλοσπαστα*, id est, uentre pro-
 minulo, & uentriculosi appellant.) Alia autem sunt, quæ uentrem subducunt, quod facultates in se medi-
 camentosas habeant commistas, similes est, quæ in scammonia, colocynthide, helleboro, & id genus
 alijs conspiciunt. Horum enim substantia ex cibo & pharmaco est commista, ut si ipse in petasæ cre-
 morem succi scammonij paululum quid iniicias. Qui succus, etiam si sensum quidem sic effugerit, sua
 raram actione minime fallit, sed aluum palam subducet. Atque id est, quod quibusdam Hippocrates
 dixisse uidetur, cum inquit in cibo medicamentum. Alij uero non sic modo, sed de illis quoque cibus
 intelligi posse dictum eius uoluerunt, quæ neque alendi, neque purgandi animalis ullam habent facul-
 tatem. Hæc enim inquit non modo ut alimenta, uerum etiam ut medicamenta sapenumero agere,
 cum manifeste nos calfaciant, refrigerent, licent, aut humectent: ueluti, dum horum nihil in hominis
 corpore efficiant, sed ipsum tantummodo alant, tum a medicamento rationem haudquaquam habere.
 D Sunt autem sane paucissima id genus edulia. Quotquot uero ea fuerint, alimenti diu taxat rationē pla-
 ne habent, corpus eius, qui sumptis, in qualitate non immutata. Etenim, quod refrigeratū est aut calfa-
 ctū, humectatū aut siccātū, secundum qualitatem est mutatum. Quod uero ex cibo ad molem distipata
 substantiæ faciendam animal sibi assumpsit, ab illo diu taxat, ut alimēto, iuuatur. Quam ob rem, quæ
 medij sunt temperamenti, nullaque uincenti qualitate sunt prædita, ea solum sunt alimenta, non etiā me-
 dicamenta: uentremque nec solunt, nec cohibent: stomacho nec robur, nec imbecillitatem inducunt: si-
 cuti sudores urinamque nec prouocant, nec coercent: nec aliam quamuis dispositionem calidam, frigidam,
 humidam, aut siccam in animantis corpore ingenerant, sed, quale animantis, quod nutritur, corpus assu-
 mperant, tale proctus conseruant. Verum hoc quoque loco limitatio quædam est utilissima, quæ ne
 ipsa quidē a Diocle est posita, ut nec ab alio quouis, quos mihi adhuc perlegere contigit. Si enim ho-
 minis corpus medij plane sit temperamenti, per alimenta medij temperamenti cibum & potus per-
 perā exhibueris. Quippe huiusmodi corpus, quatenus ab exacte media constitutione recessit, carens
 in diuersum statū traducatur, est necesse: fiet autem id per præsentis distemperatiæ contraria. Contraria
 aut pari interuallo in utraq; oppositione a medio in utraq; partē secedant, oportet: ut, si corpus tribus
 (ueteri gratia) numeris a temperata ac media constitutione ad calidiorē secesserit, totidem cibū quoque

a medij temperamenti cibo ad frigidiorē secedere erit necesse: si uero quatuor numeris ad humiditatem discesserit totidem cibum mediocri frigidiorē esse conueniet. Arque in eo certe permultos est inuenire, qui de ipsō cibis ex diametro pugnantia pronuntient. Nuper enim duo inter se cōcertabant, quorum alter salubre, alter insalubre mel esse affirmabat, uterque ex illaro sibi a melle affectu coniectans, nondum illud intelligentes, quod omnes homines non unum ab initio habuerunt temperamentum: neque, si habuissent, immutabile ipsum ætatis cursu aut in temporum anni ac locorum commutationibus ueri potuissent: ut nunc ornittam, quod idem homines uitæ institutis, ac uictus ratione natuum corporis habitum imitant. Ne igitur longe abeam, eorum, qui de melle inter se disceptabant, alter quidem erat ætate senex, & natura pituitosior, utaque ociosa, & cum ad alias omnes actiones, tum autem ad eas exercitationes, quæ balneum præcedunt, ignauus: ob eamque causam mel ei erat utile. Alter uero natura erat biliosus, & annos natus triginta, in quotidianisq; operibus muleum sese fatigabat: non ab re igitur in eo mel celeriter in bilem uerebatur: eaque ratione sibi erat nocentius. Noui autem & ipse quendam, qui de ore uentriculi querebatur: quod cum ab aceruata in eo pituita provenire, ex ipsius sermone coniectassem, consuluisseque, ut cum sinapi betam & porrum sumeret, eorum ope incisam pituitam, largiter per aluum excreuit, omnibusq; symptomatibus est liberatus. Idem postea, cum post esum ciborum acium non coxisset, mordicationemq; in uentri-

F longe deterius habuit: ut protinus admiratus, quid esset, quod ab ijs, quæ ante summo opere iuuissent, nunc grauitate læderetur, causam sciscitaturus ad me accessit. Eos porro, qui rei medicæ sunt imperiti, in his falli non est absurdum: uerum Medicos, qui pleraque & eadem utilissima theoremata prætereunt indistincta, quis ferat? Non enim ipsos simpliciter pronuntiare conuenit pisces laxatiles permultis quidem concoctu esse faciles, non nullos tamen reperi, qui bubulam facilius conficiant, sed utrosque distinguere, quemadmodum de melle: non simpliciter pronuntiare, sed simul adijcere, quibusnam ætatibus, uariis, anni temporibus, regionibus, ac uitæ rationibus utile sit, aut noxium: uerbi gratia, quod calidis & siccis sit aduersissimum: frigidis uero ac humidis utilissimum, siue ea temperies eis sit naturalis, siue accesserit propter ætatem, siue propter regionem, aut anni tempus, aut uitæ conditionem. Itaque ad præsentem speculationem summe necessarium esse uiderur, hominum pariter ac ciborum temperamenta considerasse. Porro qualiānam hominum sint temperamenta, & qua ratione ea dignoscere conueniat, in commentarijs, quos de temperamentis scripsimus, ceu utique & de medicamentorum temperamentis, in ijs, quæ de illorum facultatibus prodidimus, abunde diximus: in præsentia uero tempus exposcit, ut alimentorum temperamenta exequamur ea methodo, qua in libro de uictus ratione sunt scripta, qui est, ut non nullis placet, Hippocratis: ut alijs, Philistionis, aut Aristonis, aut Euriphontis, aut Philite, omnium antiquorum uirorum. Initium autem ipsius in non nullis quidem exemplaribus est, Ciborum omnium ac potuum facultates, tum naturales, tum arte accitas sic dignoscere oportet. In alijs autem hoc, Locorum autem omnium ac naturam sic oportet dignoscere. Cum nanque seorsum libellus ille circumfertur, De ratione uictus inscribitur, estq; is secunda pars, cum opus totum in partes tres sit diuisum. Cum uero totus unicus & non diuisus ex tribus confatus inuenitur, De natura humana & uictus ratione inscribitur. Secunda igitur pars, in qua agitur de cibis, non ab re forte Hippocrate digna putabitur, sed prima quam plurimum ab Hippocratica sententia recedit. Verum id quidem præter institutum, obiterq; sit dictum. Cuiuscunque autem memoratorum uirorum fuerit omnem in cibis uictus rationem ad uniuersalem quandam methodum uideretur reuocare. Qui enim hordeum, natura frigidum, & elixatione humidum esse didicerit, sciueritq; corporum temperamenta, tum naturalia, tum alicuius affectus occasione acquisita diiudicare, is rite non tantum sanis corporibus, uerum etiam agrotantibus hordeum edendum exhibebit. Præterea & cataplasmatibus ex hordeacea farina percommodo utetur, qui & corporis, & hordei temperamentum tenuerit. Nec uero satis fuerit principalissimam, ac primam cuiusque cibi temperiem nonuisse, sed, ut in libris de medicamentis monstratum est, eas quoque, quæ hanc sequuntur [qualitates] callere oportet, ut quæ & ipsæ sunt utilissimæ, multæ quidem (si non omnes) in saporibus, quædam autem etiam in odoribus. Quod enim unumquodque ex tanto calido, frigido, humido, & sicco quodammodo est temperatum, idcirco hoc dulce, illud amarum, salinum, acerbum, austerum, ac tæue apparet. *ἄρσενον* autem, nihil aliud est, quam *ἀλαμπές*, id est salinum: nam utraque uoce res una declaratur. Itæ acerbi, & austeri commune genus est, quod Greci *ξύρον* hoc est adstringens appellamus. Ceterum in quarto libro de simplicium medicamentorum facultate, de omni saporum genere copiosissime disserimus. Quem certe librum necesse omnino est eum perlegisse, qui ea, quæ in præsentia a nobis dicuntur, est assecutus: ut ne quæ semel de ijs dicta sunt, in hæc libris identidem reperere cogamur. Ergo ciborum non nulli quidem, quemadmodum haud ita pridem commemorauimus, si quis eos gustauerit, aut olfecerit, nullam insignem ac manifestam qualitatē præ se ferunt, quos sane *ἀπυρρός* & *ἀσπιδίτης*, id est qualitates expertes, & aquosos nominamus: alij autem manifestissimam habent astringentem, aut cōgenitam dulcedinem, aut acrimoniam, sicut non nulli quoque saliores, aut amaritudinis quidpiam habere perspicue cernuntur. Quare perspicuum est cibos eiusmodi eandem cum ijs medicamentis habere facultatem, quibus cum sapore conueniunt. Ceterum in commentarijs de medicamentis cau-

lam

A sam explicuimus, quamobrem adstringentia quædam non eadem cum alijs adstringentibus [in corporibus] agant, ut aloë, res ustum, atramentum furorum, sos aris, squamaq; & chalcitis. Etenim, quod in quoque istorum adstringenti facultati ac substantiæ alia quæpiam sit admixta, euenit, ut opera, quæ sigillatim edunt, sint diuersa, perinde ac si malo cydonio scammoniam intus miscueris: quod utrique interdum facimus, partes mali, quæ circum semen sunt, exculpeures, deinde cauitatem scammonia implentes, deinde circumliquentes, ac assantes, atque ita malum mandendum exhibentes. Quod namque hunc in modum preparatum est, absque stomachi subuersione aluum subducit. Facultate mirum purgatrice, quam malum ipsum a scammonia acquisiuit, in ipso uicente, propria autem ipsius mali manente. Alioqui nec iucundum, nec adstringens, nec stomacho esset utile. Ad eum igitur modum cibaria quædam facultatem quampiam habent in seipsis admixtam, cui aut purgare, aut aliud quippiam agere sit naturale. In quibus non est dubitandum, quin saporum, facultates actionem suam, quam a natura habent, efficiant. In quo enim qualitas inest adstringens, ipsa, quantum in seipsa est, uicina corpora cogit, constringit, ac refrigecat. Idem autem corpus nonnunquam alias sui partes calfacientes, alias refrigerantes habere potest: ut in libris de simplicium pharmaceorum facultatibus demonstrauimus, natura scilicet eas ita permiscente, ut Medici quidem frigidum cuiuspiam pyrethrum, aut piper interdum commiscant: hæc certe, uti diximus, in commentarijs de medicamentis copiosissime pertractata, his, quæ nunc a me docentur, sunt utilissima. Nam, qui hæc ante didicerit, modum reperiet, quo cibos omnes sigillatim apparare queat. Nam nos quoque *πυρρὸς*, id est ex beta & lente edulium non nunquam damus: atque ante nos Heraclides Taxentinus multis non tantum inculcata ualitudine fruentibus, uerum etiam malo aliquo affectis, sæpe exhibebat. Primum ergo betarum copiam, deinde, cum condimus, aut salis phiscalum, aut dulcem garum ei iniicimus: sic nempe aluum magis subducit. Sin minus uis subducere, lentem excorticatam bis modico, aqua uidelicet priore effusa, dein salis aut garj portunculæ addita aliquod eorum, quæ aluum modice sistit, iniicito, puta acetum, ea mensura, ut gustum non offendat. Ita enim pharmacum incunctissimū atq; utilissimum effeceris & cibum non paucis eorum, qui diuturna diarrhoea consistantur. Porro dixi non paucis non omnes complecti uolens. Nam hic quoque limitationum est usus, per quas eorū, qui diarrhoea iam pridem laborant, affectus inueniuntur. Omnino enim nullius rei uires experientia comode explorabis, nisi prius per rationem ad unguem compertum habueris affectum, cui applicatur, quod exploras, siue id sit cibus, siue potus, siue medicamentum. Quippe affectuum cognitio, est materia remediorum, non ipsorum remediorum cognitio. At, quoniam fieri non potest, ut, nisi quis materiarum, quibus utimur, facultates exacte calleat, illarum ope egeribus succurrat, necesse est, ut alibi de pharmaceorum, ita hoc quoque loco de alimentorum facultatibus disseramus. Cognitio autem horum uix tandem longo tempore recta nobis accedit, quam consequimur cum ex certa definitaque experientia, tum ex halituum saporumq; natura (quæ duo rebus, quas examinamus, insunt) ad hæc ex consentia, quam habent secundum lentorem, [aut friabilitatem,] aut laxitatem, & densitatem, aut leuitatem, & grauitatem. Hæc enim omnia ad ipsarum inuentionem adeo conferunt, ut, cum in peregrinam regionem peruenieris, si quid esculenti nunquam prius tibi conspecti offenderis, permultas his occasiones atque adiumenta ad eius facultatem peroscendam habiturus. Ceterum, quæ Maesithens de radicibus, caulibus, folijs, fructibus, feminibusque prodidit, non certam ualde habent dignotionem, si experientia definita ipsa exploraris: quod ex ijs, quæ sequuntur, fiet manifestum. Statim enim de cibis singulis seorsum pertractare. Quod si tractatus ipse longior erit, poterimus ipsum postea alio quodam uiuore libello perstringere, qui ijs, qui autem callent, utilis erit: quandoquidem exercitatio sola ac doctrina, quæ per diffusam narrationem traditur, nos artifices reddit. Ideoque non in scire illud mihi uulgo dici uideatur, optimam esse doctrinam, quæ uiua uoce traditur, acque enim quenquam ex libro nauclerum, aut alterius artis artificem enadere. Libri enim sunt ijs, qui ante eruditi fuerunt, monumenta, non rudium & indoctorum doctrina perfecta. Quod si qui sint, qui præceptoribus careant, uelintque ijs, quæ plane ac copiose sunt scripta (qui nobis scribendi mos est) diligenter incumbere, magnamq; fructum capient, potissimum si ea relegere identidem non grauentur.

† Locus hic ex merito co-dice græco re-ferendus est, i quo legitur. *ἄρσενον γὰρ ἐστὶν βουβηλαίτην, ἢ τὸν τοιοῦτον γὰρ ἐστὶν οὐκ ἀπυρρὸν τὸν βουβηλαίτην. ἡ ματερία. ἢ. ἀπυρρὸν, non ipsorum auxiliū est talis reu cognitio. Sensus aut est, qd cibi potus & medicamenti notitia non est cognitio remedij, sed materia efficiat remedij, cum oportune adhibetur quælibet Gale. est familiarissima.*

De tritico, & panis speciebus.

Cap. 2.

Haud inuaria medicorū plurimi præsentem doctrinam a tritico mihi uidetur auspiciatū cū apud Græcos omnes, tum barbarorum plurimos semen hoc & frequentissime & summa cum utilitate usurpatur. Inter tritica autem plurimum habent alimentum, quæ densa sunt, totamq; substantiam habent adeo cōpactā, ut dentibus uix diuidi queant. Talia enim exigua mole, corpora plurimū nutriunt: quæ uero ijs sunt contraria, quæque dentibus quidem facile franguntur, fractaq; rari ac laxa apparent, magna mole exiguum reddunt alimentum. Quod si utrorūque parēmodū pendere liberis, quæ densa sunt, multo grauiora esse comperies. Hæc autem sunt colore etiam laxis statiora. Explorare autem horum naturam non simpliciter oportet, superficiem externam duntaxat contemplando, sed diuidendo quoque, ut diximus, ac frangendo: multa enim, quæ extrinsecus flaua ac densa fuerūt uisā, rara intus ac laxa albaq; apparuerunt. Quæ sane surfuris habet plurimū: & si quis, posteaquam molita sunt, tenuissima farina excullā, ex reliquo panes, quos *πυρρὸς*, id est surfuracos appellant, fecerit, parū quidē ipsos alere

QUARTA CLASSIS.

B 4 uentrem

uentrem uero multis excrementis implere experietur, ob eamque causam facile etiam subidere. Prae-
terea, quod sursum non nihil facultatis habet detersoriae, merito intelligitur irritabilis celeris eorum sit deie-

Præ-
F
F
H

& ita uidetur
legendum.

Abus, ut diximus, apparatus: quibus soli uere athletae uescuntur. Quod si quis priuatus, & ab exercitatio-
ne alienus eodem cibo uti uoluerit, celerissime in morbum plenitudinis incurret. Graeci uocant...

Alias A nu-
qui.

De alijs autem placentis, quae ex triticea farina parantur, dicere nunc fuerit opportunum. Ergo quos
Attici quidem... De placentis, quae ex farina triticea sunt, Graeci πλωτα uocant. Cap. 3.

Vplex autem est Itiorum species, praestantior quidem, quam rhyemata: deterior uero, quam laga-
na appellat. Igitur omnia, quae ex his ac similitudine componuntur, crassi sunt succi, & tarde permeant...

Antiqua tra-
ditiō habet.
Athletae uero
alimenti sū de
optimi succi,
sed crassi &c.

mus) in clibano mediocriter calido assatus. Modum uero fermenti ac salis gustu iudicato, quod naq; E in largiori horum mistura iam offendit. prauum. Quatenus igitur gustus nullum adhuc sensum tristem ex ea mistura percipit, eatenus ipsorum copiam augere praestiterit.

De panis loco.

Porro, qui panis abluendi rationem excogitarunt, minoris sane alimenti cibum, sed qui ab obstructionis noxa ablit, quoad licet, longissime, inuenerunt. Siquidem panis hic succum habet minimū crassum ac lentum, ut qui ex terrostri aereus sit factus. Eius porro leuitas apparet, cum per stateram, rū q; in aqua non submergatur, sed instar suberis supernatet. Ceterum id edulium, quod ruri apud nos coquant, quod ex multa triticea farina lacti mista constat, scito ex ijs esse, quae intus obstruunt. Vigetur cibi ij omnes boni sunt succi, & multi alimenti, ita eos, qui ipsis affidine utuntur, laedunt, obstructions in hepate parientes, & in renibus calculos gignentes. Cum enim humor crudus lentorem assumpserit, & transitus per renes quibuldam natura sunt angusti, ibi, quod crassissimum est, ac maxime letum, diutius moratum, id est topium, prompte gignit: cuiusmodi in uasis, in quibus aqua calfacimus accrescit, aut ad saxa affigitur in plerisque, aquis calidis sponte nascentibus. Confert aut ad id maxime renū ipsorum temperamentum, quando ipsorum calor acris fuerit ac uelut igneus. Ex eo autem genere sunt & *cap. 5.* qui in arthriticis generantur. Fuit enim semper, quod in corpore redundat in partes imbecillimas, pro suaque ipsius natura in ipsis affectum excitat. Ceterum, cum postea de lacte agemus, de omni ipsius usu trademus, quemadmodum certe & de cibis incrassantibus: quandoquidem & alia quaedam sunt, quae eam habent facultatem.

De Alicia.

Alicia ex genere est tritici, ualenterq; nutrit, succumq; letum habet, siue in aqua dūtaxat coctam, cum mullis, aut uino dulci, aut etiam adstringente (nam his quoque suo proprio tempore utimur) siue cum oleo saleque fixam sumas. Non nunquam aut & aceti illi inijcitur. Atque preparatam modo alicam Medici ptisanam confectionem fuisse distitant, quidam autem dicunt ex alicae ptisana aegrotum fuisse cibatum. Verum uero non nulli, ut Diocles & Philorimus, ptisanam triticeam, alicam hoc modo structam appellant. Quae propter eius nomen apud antiquos est rarum, quemadmodum & sitanij: ipsam enim cōi nomine tritici nuncupant. Dictum porro est in libro Hippocratis de ratione uitae panes ex alicae factos plurimi esse alimenti, sed minus subsidere: praeterca similitudinem & alicae coctam ualentis ac multi esse alimenti. Proinde usum huius multum uitare conuenit, idque potissimum, quibus iecur facile obstruitur, aut renes calculis gignendis sunt appositi. Maxime praeter ea intētos esse conuenit ijs forbitionibus, quae ex alicae lota nuncupata parantur. Succus namq; ipsius hic est aquae commistus, qui cum coctionem postulet plurimam, preparatibus quidem ipsam, quasi sauis coctus sit, imponit. Aegrotos uero, quibus ipsam parant, laedit non minimum. Celeriter enim q; instar glutinis sit lentus, & concrefcit, ac dentatur. Oportet igitur ipsam multa aqua admistā super carbones coquere plurimum, mouendo, quoad exacte coctus fuerit: tum uero salis quidpiam etiam inijcere. Oleum autem etiam si initio statim immiscueris, nihil fuerit incommodi. Sed id quidem obiter sit dictum: ad medendi enim rationem, non ad praesens institutum, pertinet. Quod si quando sani ob uehementem uentris mordicationem, siue ob biliosi humoris multi transitum, siue ob aliud id genus, forbitione egerint, ijs alicam plurimam coctam, usque dum extabuerit, deinde colatam, atque ita comparatam, ut ptisanam succo colato sit perfimilis, forbendam tunc exhibero. Eadem autem lotae alicae parandae est ratio.

De Tritico in aqua elixo.

Nisi ipse aliquando triticum in aqua elixum comedissem, nunquam aliquem eius usum in cibo esse credidissem. Neque enim fame grassante ad hunc utendi modum quis accesserit, cum suppetente tritico panem ex eo facere possit. In cena uero quemadmodum elixum frumivae cicer, & alia quaedam semina similiter parata pro tragematibus, quae uocant, samuntur, ita triticum elixum a nemine sumitur. Ob eas sane causas nunquam credidissem quempiam triticum elixum edidisse. Cum autem & H ipse aliquando rus procul ab urbe cum duobus adolescentibus meis aequalibus profectus rusticos iam conatos deprehendissem, & mulieres sese, ut panem facerent, accingere (pane enim carebant) unumq; ex ipsis repente triticum in ollam coniectum coxisset, deinde sale mediocri coctum, ut ederemus, esset hortatus (cogebamur autem id facere, ut par es, qui nimirum iter confeceramus atq; esuriebamur) abunde certe comedimus, pondus tamen in uentriculo sensimus, ut lutum ipsi incumbere nideretur. Et, cum postero die non coxissemus, totum diem cibū ita fastidiuimus, ut nihil edere potuerimus: praeterea flatulento spiritu erantur pleni, caputq; dolebat, & oculi caligabant. Neq; enim per alium quidquam excreueramus, quod unicuique in eruditionibus est remedium. Rogabā igitur rusticos, num & ipsi aliquando elixum triticum edissem, tum quonam pacto fuissent ab illo affectu. Illi uero & esurasse se frequenter, eadem, qua nos, necessitate compulso, responderunt, triticumq; ita preparatum graue & concoctū difficile esse edulium: quod sane uel citra experimentum colligi facere poterat. Quando enim ne ipsius quidem sumpta farina, ut ante retulimus, concoctū sit facilis, nisi per saltem, fermentum, misturā, triturationem, clibanumq; elaborata fuerit, quis non intelligat illaboratum triticum esse contumacissimum? Vires tamen triticum habet magnas, si licet sumptum concoquatur, nutritque ualide corpus, ac robat in igne ijs qui ipso uti fuerint, conciliat.

De

A De Amylo.

Amylum ex vitico conficitur, partes exasperatas leuigandi tum obtinens, quae substantijs omnibus consentia sicca est communis, quae neq; astringentem, neq; acrimoniam, neq; aliam quāuis facultatem habent insignem: quas substantias iure dicitur, qualitatis, quae sensu deprehendit quae, expertes, appellant, qualis inter humiditas substantias est aqua. Ceterum amyllum similem panibus lotis habet facultatem: nam ut illi, minus, quam panes non loti, corpori praebet alimentum, & non calefacit, eū ceteri panes calefaciant. Quod uero ad triticum in aqua elixū attinet, cum eo amyllum ne conferendū quidem est, cum palam id tum calefaciat, tum ualenter nutriat, si concoctum fuerit: id quod factū (ut diximus) est difficile.

De Hordeo, & quomodo optima ptisana paratur.

Hoc item semen in usu frequenti apud homines est, quod non eandem cum tritico habet facultatem, siquidem illud palam calefacit, hoc uero non modo non calefacit (quo modo non ulla, quae in medio sunt calefacientium & refrigerantium, ut amyllum, & panis lotus) sed, quoquo modo ipso utare, siue panes ex ipso feceris, siue ptisanam coxeris, siue *cap. 8.* i. potentiam feceris, tum quandam refrigerandi habere ceritur. Dissidet praeterea a tritici natura, succi specie, quam utrunque ipsorum gignere **B** consuevit. Siquidem triticum, crassum ac lentum: hordeum autem, tenuem & non nihil deterforū succum in nobis gignit. Quoquo igitur modo hordeum paraueris, nunquam corpus calefacit, sed uarie pro modo preparatiois humectat ac siccat. Quandoquidem polenta, quae ex fixo hordeo est facta, siccare perspicue ceritur: ptisana autem humectat, cum saltem, ut decet, fuerit parata, hoc est, cū in coctione quam plurimum intumuerit, postea igne lento per multum otium in chylum fuerit redacta. A certum autem ei tunc admiscetur, cum plane intumuerit. Cum uero cocta exacte fuerit, subedendi tempus si lem tenuem inijcere oportet. Oleum autē si initio statim inieceris, coctioni nil noceris. Aliud tamen nihil est miscendum, nisi uelis anethi aut porri quidpiam, idque initio statim immiscere. Video autem a cocis omnibus ptisanam pessime parari. In mortario nanque crudam ipsam tundentes, non ad ignem coquentes, dissolunt. Sunt, qui amyllum etiam inijciant, ut per coctionem in chylum copiosum uideatur esse redacta. Talis certe ptisana merito maxime est flatulenta, & concoctū admōdum difficile. Quae uero in ptisana recte paranda praetermissa, ea adijcere oportet. Crudam ptisanam aliquandū in aqua praemaceratam, deinde in mortarium iniectam manibus terere conuenit, asperam quampiam rem in se habentibus, cuiusmodi est, quod uocant spatrum, ex quo uentris solea necuntur: usque eo autem terendum, dum praepositus, ac qui in superficiei est, cortex sit abiectus. is enim, quo uestitur ceu tenui **C** nica, non totus inter pinsendum abiicitur. Quapropter & praemaceratur, & in mortario fūdatur. Quod si non quicquid est aceris, deciderit, elixa ptisana magis quidem deterget, nullam autem aliam noxam accipit. Pessima autem est ptisanae preparatio, cum, ubi cocis crudam ipsam in mortario cū aqua contuderint, deinde parumper coxerint, *cap. 10.* id est sapam inijciant. Quidam autem cum ius mel quoque & cuminum inijciant, cinnum quendam uerius, quam ptisanam, comparantes. Verū, quae probe parata fuerit, utilitates, quas memorat Hippocrates, tum sanis, tum aegrotis hominibus praestat. Siquidem lentor eius, ut inquit, leuis, & cōtinuus, & blandus est, & lubricus, & humidus moderate, sitimq; ardet, & ad abluendum, siquid opus erit, est idoneus: neque astringentem habet, neque torinina gignit, denique in uentriculo non exturgescit: siquidem inter coquendum intumuit, quantum plurimum inuiscere poterat. Haec certe nobis in praesentia de ptisanae facultate suffecerint, non medendi rationem tradentibus, sed alimentorum dūtaxat uires explicantibus, quanquam in sermone trāseurū ipsorum usum quoque attingimus.

De panibus hordeaceis.

Nunc certe ad hordeaceos panes transire fuerit tēpētissimum, quos homines eodem, quo triticeos, modo parant: sunt autem non modo triticeis, uerum etiam olyrinis, & multo adhuc magis typhidis frabiliores, nihil in se lentoris, ut illi, habentes. Ex quo perspicuum est, quod exiguum corpori praebet alimentum, & potissimum si facti ex peiore hordeo fuerint, ex quo Hippocrates ne ptisanam quidem fieri uoluit. neque enim, dum coquitur, succum copiosum ex seipso emitit. Laudatissimum autem est, quod candidum, ubi pinsitum est, apparet, non nihilque densitatis ac ponderis (quātum hordeo datum est) habet. Porro, quod totum plenum est, & circumscriptionem externam habet tēsam, melius est, quod gracile est ac rugosum. Verum id quidem seminum omnium commune tibi esto indicium: nisi forte aliquando molem multo quam pro sua natura habeant maiorem, sintq; molliora ac laxiora: scito enim ea humiditatem habere superflua, praedictisque esse deteriora. Ob eamq; causam non conuenit ijs post collectionem uti, sed ubi ea in locis siccis reposueris, diu ab eis abstinere, quo interea pars quidem humoris superflui exhalet, pars autem etiam coquat, quoad siccata mediocriter contrahantur. Desluit enim a plantis, seminibus, & fructibus, postquam collecta fuerint ac reposita, primum quidem quicquid in ipsis aquosum est ac tenue, post autē & non nihil humiditatis naturalis. Cuius substantiam habent iusto sicciorem, sunt ijs deteriora, quae ad summum bonae habitudinis perueniunt, non tamen iam oino sunt praua. Quin immo ijs affectibus, quos siccando corrigere oportet, sunt utiliora. Quae autem diutissime fuerunt reposita, uires habent imbecilliores. Huius porro terminus sit, cum ab ipsis diuisis pulvis quidam tenuis excidit. Haec itaq; semel aunc dicta, in omnibus memoria teneto. Nō. n. liben-

ter

rer de istem saepe eadem repeto, nisi quando necesse uidetur nudum duntaxat caput memoriae causare E petere. Ad panes autē hordeaceos, de quibus dicitur institueramus, reuerſi dicamus in ijs quoq; quāsdā esse differentias, illis, quas paulo ante in triticeis recensimus, respondentes. Oēs namq; triticeis multo minus aluntur, qui tamen ex praestantissimo hordeo conficiuntur, minus a triticeis in eo superantur, qui uero ex laxo ac leui, panibus fursuaceis respondent. Panes autem ex hordeo eiusmodi citissime per alium subducuntur, quod reliquis non minimum accidit, si triticeis eos contuleris. Quae porro inter hos medicæ panum hordeaceorum sunt præparationes, similes sunt ijs, quas in triticeis retulimus.

De polenta, quæ Græci ἀπὸ τοῦ dicitur.

Cap. 11.

Ex recentū hordeo mediocriter fixo laudatissima sit polenta, cuius si copia non sit, non nunquam & ex alijs ipsam conficiamus. Cum autem polenta omnis, quæ recte sit facta, boni sit odoris, ea est sua uolentissima, quæ ex optimo ac recenti hordeo, & quod a istam non admodum habeat siccam, est confecta. Compluribus autem per sanitatem mos est eam sapa, & uino dulci multoque commixtis, non nunquam sola etiam aqua consperiam, ætate duabus tribulve ante balneum horis bibere, aumq; sentire se hoc potu sit liberari. Si tamen cum uino austero fuerit epota, uentrem deficiat. Polenta autem gentes quædam pro pane utuntur, quod ego rusticos in Cypio facere sum conspicatus, tamen si frumenti plurimum merant. Veteres autem militibus etiam polentam præbebant. Romani tamen milites ipsius imbecillitatem damnantes, ea non amplius nunc utuntur. Esiguum enim corpori alimentum dat, priuatis quidem & omni exercitatione abstinentibus, satis multum, us autem, qui quoquo modo exercent, minus, quàm sat est. Porro ex his humidis fixis sunt maza, de quibus deinceps differemus. Præsertim eū Philotimus in primo libro de Alimentis de ipsis copiosius disputans, quod in eis tamen erat utilissimum, indeterminatum reliquerit.

De maza.

Cap. 12.

Cuiusque eduliorum uires potes, uel ante certam experientiam, ex ipsius natura consicere. Erenim perspicacis ingenij uiro summa, quæ plane tenuis est, & alba, & ab omni futura substantia pura, satis intelligitur in uentriculo quoque citius ac magis alterari, eoque probius concoqui, & facilius in corpus distribui, propiusque nutrire, ut quæ tota corporibus alendis assimilatur, atq; apponatur. Quod autem in ipsa fursureum est, ac durum, ut extrinsecus in aqua dissolutū nō cernitur, eadem ratione ne in uentriculo quidem madefactum dissoluitur, sed totum, ut sumptum fuerat, indiuiduum permanet, atq; inconfectum. Hoc igitur non potest nec probe concoqui, nec distribui propterea, quod uenarum orificijs, quæ ad uentriculum & ad intestina pertinent, nihil prorsus congruit, neq; illabitur: quas res necessario sequitur, tum ut maior stercoreis uis ex ipso aceruetur, tum ut citius subsideat, partim propter ipsius copiam pondus, partim etiam quod fursureū omne qualitatē habet deterforiā. Quæ omnia si quis reperet, intelliget tantum maza in alendo corpore ab hordeaceis panibus relinqui, quantum hi a triticeis relinquuntur: quippe cum hordeum initio suapte natura fursureum habeat non paucum, fixum iam eū ipsum habet, tum licet iorem, tum si actu ac cōminuto difficiliorem triticeus autem est id, quod in hoc est præstantius, ex quo corpus sumebat alimentum. Quo fit, ut maza panibus hordeaceis egrius coquat, magisque uentriculum flatu impleat, in quo etiam, si diutius manserit, turbationem excitat. Citius autē subducitur, si commixta diutius fuerit, ac subacta. Quod si uel quoque addatur, citius etiam ob id uentrem ad excretionem incitabit. Ceterum, quod Philotimus opinatur, succam crassam, glutinosam ac frigidam ex omni maza generari (quem ipse cum præceptore suo Praxagora uireum appellat) secus profecto habet, cum polenta neque lentorem habeat, quod alicæ inest maxime, nec multū nutriat. At illum fefellit maza copiosior, ac diutius in uino dulci & sapa macerata (quam ipse, quemadmodū Athenienses, τριτὴν τριτὴν appellauit) quod enim in ea triticeæ massæ respōdet, ductile est, ac glutinosum, cum ob diuturnam macerationem, tum ob tumoris polentæ commissi crassitiam. Quemadmodum autē tritura multa cum crasso liquore facit, ut uira farina, lenta appareat, etiam si ea ex milio sit, ad eundem modum si eus ptisana: apparet lentus, tamen si nihil in sese habeat glutinosum, neque emplasticum, sed contra deterforium, atque incisorium: quod in cure nostra indicat, ipsius sordes eluens. Quod si paulo post, quàm cuiusdam sordendam ipsam exhibueis, uomere ipsum feceris, pituitam, quæ in uentriculo continebatur, derergetur, & omnia uomitu simul cum ea eijciet.

De typha, olyra, & zeia.

Cap. 13.

Mnesitheus quidem typhas tertio loco post triticum & hordeum numerat: Diocles autē de ipsis tradit negligentius, compendiosum scribendi genus diffusè accuratæque explanationi præponens. Eodem certe compendio de tritico, hordeo, alijsque multis tradidit. Paulo autem de his Praxagoras, ac Mnesitheus, quàm Diocles, copiosius scripserunt: atramen ne ipsi quidem satisfaciunt. Philotimus uero de quibusdam admodum copiose, de alijs autem egre icinunt: sunt &, quorum ne meminit quidem, quemadmodum nec zeia: perspicuum autem est, quod nec præceptor eius Praxagoras. Quando quidem Philotimus non modo eorum, quæ ille scripserat, nihil prætermisit, sed pleraq; etiam perpolit, atque adiunxit. Illud uero mirum uideri debet, quod ne is quidem, qui librum de ratione uictus composuit (qui Hippocrati est adscriptus) quisquis is uir antiquus fuerit, nominis zeia mentionem unquam fecerit. Quod si typhas a non nullis putabat appellari zeias, id ipsum significasse oportuit: uerum latius forte fuerit ipsorum uerba adscriptisse. Diocles ergo in primo libro de sanitate tuenda ad Plistarichum

†Orib. coll. i. quædam i. commixtis.

A (in quo ciborum facultates explicat) sic scribit. Post hordeum autem ac triticum, facultatibus sequuntur omnium maxime olyra, typha, zeia, panicum, milium. In quibusdam autem exemplaribus zeia: nomen omnino non est. Quin & in quibusdam, non facultatibus, sed utilitatibus scriptum est hoc modo: Post hordeum, ac triticum utilitatibus sequuntur omnium maxime olyra, typha, panicum, & milium, perinde ac si olyra semen esset a typha diuersum. Mnesitheus autem uno semine duo nomina ait contuleri, scribens ad hunc modum. Ex seminibus ad nutritionem sunt apposuissima triticum, & hordeum: quod autem hæc deinceps sequitur, duplici quidem nomine nuncupatur, eadem tamen res est: alij enim typham, alij olyram nominant. deinceps ista adiungit. Post hæc autem sunt zeia, milium, & panicum. Diocli certe ea de typha & olyra scribere, quæ modo adscripsi, satis uisum fuit. Mnesitheus uero particulatim quoque de ijs postea tractauit, primum quidem de tritico, & hordeo, mox de typhis, scribens his uerbis. Reliquorum uero seminum typha quidem est optima, nam & nutrit admodum, neque magno negocio conficitur. Panem autem ex zeia nemo affatim citra sanitatis dispendium mandit. Quod si quis ei panem non affuerit, etiam si minimum sumserit, agrotabit: est enim grauis & concoctū difficilis. Qui uero regionem colunt uehementer fugidam, eo semine coguntur nutrire, ipsumque serere, quod turgoribus peruenire resistit. Atq; hi principio quidem paulatim edere assuescunt, tum quia ingrati odor sit edulium, accidit, ut facillime in corporibus conficiatur. In summa autem statuere oportet zeiam grauem esse ac concoctū difficilem, firmam ac membranofam. Ex his Mnesitheus apertissime indicat, cuiusmodi semen uocare uelit zeiam, quæ in frigidis regionibus colitur. Equidem nec ipse regiones omnes hybernas peragrari, nec ab alijs audiri, qui eas perlustrarent, semen aliquod esse frumentaceum, quod incolæ zeiam, aut zeam appellarent: utroque enim modo scriptum inuenitur, in alijs priore syllaba in: & in alijs autē in: tantum desinente. Credere tamē possum fieri potuisse, ut Græci semen id sic appellarent, barbari autem proprium ipsi nomen indiderint. Conspicatus autem in multis Thraciæ & Macedonia agris non arisam modo, sed & plantam totam nostræ typhæ in Asia simillimam, interrogauit, quodnam apud illos homines haberet nomen, qui mihi omnes responderunt plantam totam & eius semen ἑπιζῶν appellari, priore syllaba tribus literis scripta, & sequente ζ, & in recto saltē casu, in accusatiuo autem cum litera υ. Ex hoc porro semine panis fit grauis odoris, & ater, membranofam, ut Mnesitheus scripsit, substantiam habens. Quod si nigrum quoque panem, qui ex zeia fit, esse adscripsisset, facilius crederem id esse semen, quod ab eo zeia nominatur. Est item in frigidissimis Bithyniæ locis semen quoddam, quod zeopyrum nominatur, prima syllaba non habente, ut apud Homerum habet.

†Alii legunt Iulopolis.

Cum ait, Et zeia & triticum cum secundo hordeo & albo. Ex eo autem panis fit præstantior, quàm, qui in Macedonia aut Thracia ex briza conficitur. Ac fere, quemadmodum nomen ipsum zeopyrum ex utroque nomine, zeia, & pyro, i. tritico cōponitur, sic & substantia eius inter utrunque media quodammodo est, ut si ex utroque esset commixta: proinde quanto tritico est deterius, tanto Thracia briza est præstantius. Porro urbium nomina, in quibus semen id prouenit, sunt Nicea, Prusa, Crassopolis, Claudiopolis, Heliopolis, & Doryle, quod quidem extremū est Phrygiæ Asiaticæ oppidum: habet autem & Phrygia ipsa semen eiusmodi in agro proueniens, quemadmodum & aliæ quædam urbes finitimæ. Videre autem est panem, qui ex hoc semine conficitur, tanto eo, qui ex briza in Thracia & Macedonia fit, esse meliorem, quanto triticeo est deterior. Meminit zeia & Theophrastus libro septimo de plantis, sic scribens: Inter ea, quæ tritico hordeoq; sunt similia, ut zeia, olyra, typha, auena, & agilops, zeia est firmissima, copiosissimaq; fructificat, multiplicem atq; radicem effundit, culmo multiplici & crasso assurgens, tractus autem est leuissimus, & cunctis animalibus admodum incundus. Deinde subdit, Typha autē omnium est leuissima, nam calamum unicuique, eumque tenuem habet, quare solum gracilius, nec uti zeia pingue ac fertile exposcit. Post hæc subiungit, Sūt autem hæc duo, zeia scilicet & typha tritico simillima. Hæc quidem de zeia Theophrastus. Herodotus autem libro secundo ad uerbum hæc scribit: Tritico hordeoq; plerique uictitant. Apud Aegyptios uero his in uictu uisum de decus putatur, utitur autē olyris, quas alij zeias cum z nominant. Diocles quoque in secundo de medicâ materia, hæc scribit: Zeia duplex est genus, quorum alterū simpliciter, alterum ἑπιζῶν nominatur, quod semen duabus membranarum cōclusum gerat: nutrit autem hordeo ualentius, tum stomachum iuuat. Panis ex ea fit, qui minus tritico nutrit. Crimnon autem, quod ex zeia & tritico fit, est que in tritura crassior farina: pars, ex qua fit puls, nutrit abunde, & facile conticit. Quod uero ex zeia fit, uentrem magis cohibet, potissimum si torrefacta prius fuerit. Præterea olyra eiusdem cum zeia est generis, sed minus aliquanto nutrit: panis quoq; ex hac fit, & crimnon. Athera autem fit ex zeia trita tenuiter sub mola: sordetur autem non secus ac liquida pulicula: puerisque est ac omnino da: in cataplasmatibus ea uimur. Tragi semen, alicæ est, quidem simile, nutrit autē multo minus, quàm zeia, quod multum acris habeat, ob id & concoctū est difficilius, & aluum magis mollit. De zeia igitur hæc sufficiant. Mnesitheum profecto iure quis demiratur, quod discipulum inter olyram ac typham non nouerit. Vtrumque enim in Asia est frequens, & potissimum in regione, quæ est supra Pergamum, adeo, ut rustici ipsi panibus ex ipsis factis semper utantur, propterea quod triticum omne in oppida compotent. Olyri sine, si modo ex bona olyra fiant, post triticeos saltē sunt præstantissimi: secūdi autem ab his sunt typhini. Quod si olyri ex uicioso semine sint facti, typhini non erunt eis inferiores. Cali-

di vero panes ex laudatissima typha facti, olyris longe sunt praestantiores, asseruati uero deteriores seipsis euadunt. Cuius enim massa illorum sit tenax ac ductilis, densatur maiorem in modum, & maxime cum negligenter parati fuerint: adeo, ut qui panem huiusmodi post unum aut duos dies, ac multo magis sequentes aliquod comederit, putaturus sit lutum uentriculo suo inesse. At calidus adhuc est, ab ipsis etiam urbanis expetitur, ipsumque cum caseo quodam mandunt, quem uernaculo nomine oxygalastion appellant. Porro hunc quoque reuerum esse oportet, & ipsum panem calorem cibani adhuc retinere. Qui certe in hunc modum est assatus, non rusticis modo, sed urbanis quoque hominibus in delicijs habetur. Qui uero trium quatuorue dierum est, uel ipsis rusticis manditur insuauius. Praeterea concoctus est difficilior, ac tardius per aluum subducitur: quae calido minime accidunt, qui tamen tibi hordeaceo, quod ad deiectionem pertinet, multum relinquunt, non tamen in eo adeo, ut miliaecus est, ut uiperandus. Qui etiam corpus admodum, dum calidus est, nutrit, ut pene triticeo syncomisto par sit. Habet autem typha semen extrinsecus corticem ueluti olyra, & hordeum. uerum decorticatum, in panes congeritur, omninoque uisui accommodatur. Nam & ex aqua manditur elixum, haud aliter ac uocatus a rusticis apothermus, sapa, quam alij *typha*, nos *typha* uocamus, iniecta: non nunquam etiam cum sale (quo modo me ipsum triticum retuli comedisse) elicitur. Ex nobilissima autem olyra, cum, ut decet, fuerit decorticata, nominatum tragum conficiunt, quo plerique utuntur primum in aqua decoquentes, deinde ea effusa, sapa, aut uinum dulce, aut mulsum infundentes, superinjiciunt & pineas nubes aqua praemaceratas, donec plurimum intumuerint. Quidam autem semen hoc, genere quidem, non tamen specie cum olyris idem esse affirmant. Sunt autem & alia per multa semina praedictis quidem ad similia, non tamen eadem penitus specie: quae partim in hordei ac typhae, partim in typhae, olyraeque, aut olyrae & tritici medio sunt loco: quaedam uero ad olyrae, alia ad hordei aut typhae, alia ad tritici: ceu alia ad panici, alia ad milij naturam proxime accedunt. quae nomina habet alia simplicia, ut in Italia ex quo alicam faciunt, alia composita, ut in Cappadocia quod uocatur *typha*, id est hordeum nudum ac corticis expers, in Bithynia autem *zeopyron*. Verum satis fuerit eiusmodi nomina ac seminum disquisitione omissa, de omnibus communij quodam sermone tractare. Quae igitur parua mole multam reddunt substantiam, eamque crassam ac uiscidam, optimi sunt succi, ac multi alimenti, non tamen facile per aluum secedunt. Quae uero his sunt contraria, mollem quidem ac laxam habent substantiam, partes autem ipsorum futurius citius quidem subducuntur, sed alunt minus. In ijs ipsis, quae graueolentia sunt, & gustum quendam habent inuicundum, perspicuum est, quod omnia & praua succi sunt, & coctum difficilia. Quoniam autem exiguae mole permixtum inest substantiae, tum ex pondere, cum in statera appenduntur, tum ex farinae copia cognoscet. ea nanque copiosa in ijs feminibus, quae compacta densaque sunt substantia, ab exigua mole reddunt. Porro caliditatis & frigiditatis discrimen, ante quidem, quam edantur atque intro in corpus sumantur, cum ex colore & gustu facile tibi erit colligere, tum etiam ex usu, quem nobis foris applicata adferunt. Postea autem, quam esurata atque intro in corpus sumpta fuerint, exacta sui dignotionem ac sensum, dum in uentre sunt ijs, qui sumperint, adferunt, quod calfaciant aut refrigerent, aut neutrum horum manifeste efficiant. Quod uero ad colorem naturalem attinet, in hordeis quidem & olyris est albus, in triticeis autem sublaeus, typhae autem uel triticeis sunt flauores. Quin & huiusmodi corpus coactum est ac densum: quod fortassis ad feminis paruitatem non nihil adfert momenti. est enim id triticeo longe exilius, quanquam non desint, qui ipsum quoque in tritici numero ponant: uelintque id semen esse, cuius Homerus meminit, cum Hectorem equos suos alloquentem facit his uerbis.

Triticum enim uobis primum praedulce ferebam.

Aliunt enim typham paruum triticum esse, eamque equos sine noxa mandere, uerum autem triticum, non sine noxa. Nec absurde certe typham quis triticum exile uocauerit, cum ei & colore & densitate & caliditate sit adsimilis.

De auena, quae bromus dicitur.

Cap. 14.

Hoc semen in Asia est frequentissimum, & potissimum in Myria, quae est supra Pergamum, ubi & typhae & olyrae uberrimus est proventus: iumentorum autem est alimentum, non hominum, nisi utique aliquando extrema fame ad panes ex eo quoque semine conficiendos compellantur. Citra famem autem coctum ex aqua manditur cum uino dulci, aut sapa, aut mulso non aliter, quam typha. Calidum autem est admodum, non secus ac illa: quanquam non aequae est durum: ex quo minus quoque corpus nutrit, & panis, qui ex eo fit, alioqui est insuauis, non tamen aluum aut sistit, aut proicit, sed, quod ad id saltem pertinet, medium locum obtinet.

De milio & panico, quod elymon & millen uocant.

Cap. 15.

His item in pane non nunquam utuntur urgente dictarum frugum penuria: panis tamen, qui ex eis fit, exigui est alimentum, ac frigidus. Perspicuumque est, quod praeridus est ac friabilis, nihil enim in se habet neque lentoris, neque pinguitudinis. Iure ergo aluum humentem deficiat. Agricola autem horum farinae coquentes, deinde adipem suillam aut oleum miscentes esuriant. Porro milium ad omnia panico est praestantius, insuauisque editur, facile concoquitur, uentrem minus sistit, magis nutrit. Non nunquam

Aquam autem rustici farinam ipsorum lacti in octam mandunt non aliter, quam tritici: uade lique, quod id edulium, ipsum per se sumptum tanto est praestantius, quanto lac utriusque seminis natura ad boni succi procreationem, aliaque omnia excellit. Dico autem alia omnia, concoctionem, uentris subductionem, distributionem, & ipsam in edendo dulcedinem ac uoluptatem. Nihil enim suauitatis seminibus ijs inest, praesertim panico, quod saltem in nostra Asia nascitur, nam apud alias gentes, ut in Italia, multo melius prouenit.

De leguminibus.

Cap. 16.

De panico, i. a. phace. de qua agit cap. 36

Legumina appellant ea cerealia semina, ex quibus panis non fit, ut puta fabas, pisa, cicera, lentas, lupinos, oryzam, crum, cicerculas, aracos, erulia, phaselos, foenum graecum, & lentem, & si qua sunt similia. De quorum omnium facultate deinceps tractabimus, ut, cum ea nota fuerint, uisus ipsorum minus sit noxijs.

De oryza.

Cap. 17.

Semine hoc omnes in sistenda aluo utuntur, ipsum eodem modo, quo alicam, coquentes. Difficilius statim, quam alica, conficitur, & minus alit, ceu utique & in edendi suauitate ab ea quam plurimum relinquuntur.

De lentibus.

Cap. 18.

Nemo ex his panem facit, arida enim sunt, ac friabiles, corticemque habent adstringentem: & quare multum est particeps. Succus porro in ipsis est, ut ante retulimus, adstringenti contrarius. Quo citius, si quis in aqua ipsas coxerit, & deinde aquam sale, aut galo, aut cum ipsis oleo condians sumperit, potius is aluum deiecit. At ex bis decoctis lentibus, ad eum modum, quem retulimus, lens apparatus, facultatem habet succo contrariam, ut quae uentris fluxus siccet, stomachum, intestina, & totum denique uentrem corroboret. Quam ob rem coeliacis & dysentericis cibis est accommodus. Leus uero decor ticatus illam adstringendi uehementiam, & ea quae ipsam consequuntur, amittit, ita magis nutrit, quam quae cortice spoliata non est, siccum crassum prauumque gignit, tardeque commeat, non tamen alui fluxus deficiat, uti ea, cui cortex non est ademptus. Iure igitur, qui largitas hoc edulio utuntur, elephantiasim, quam uocant, & caneros incurrunt. Si quidem crassa siccaque cibaria succo melancholico generantur, sunt idonea. Quare ijs duntaxat, quibus aqua in carnibus est *uaga*, lens in cibo utiliter praebet, ceu aridis & squallentibus, admodum damose. Eandem ob causam uisum integrum & in culpam habet, ipsum in moderate exiccans: uero, qui contrario modo se habet, confert. Mentibus aut purgationibus non est accommoda, crassum .n. & tardissimum sanguinem reddat muliebri tuncupato profluio est nihilisima. Cum autem prisana in eo saltem contrarium ipsi habeat facultate, ex amborum mistione praestantissimum edulium componitur, quod homines nostrates phacoptisanam nuncupant, utrumque haud aequali portione miscentes, sed prisana minus injicientes, ut quae in succum uertatur, & in modum magnam attollatur: lens aut cocta exiguum quaedam tumorem asciscat. Hoc tamen edulium eodem, quo prisana, modo paratur, praeterquam quod saturata, aut pulegium adijciatur: quo fit, ut suauius simul & coctum facilius reddatur, cum prisana illis minime gaudeat, sed solo anetho, porroque sit contenta. Pessime autem coqui diuitibus lentem sapa apparatur: quandoquidem lens haudquaquam crassantiu mistione coris obstructions solet gignere, uiscerisque huius ac lienis inflammationes inaugeat, nisi melle addito melior fiat. Perspicuum autem est, quod & serthosofos uisceris utriusque affectus exacerbat. Quod si suillam si mul libeat coque, prisana quidem recentem, lentem autem tale iam diu conditam reperies accommoda, tum si suauitatem, tum etiam si coctionem spectes. Magis tamen lens cum salis carnibus est tuta crassos humores augebit. Nam haec quoque sanguinem crassorem & melancholicum magis generant. Quapropter non est his copiosius utendum, & maxime si cui corpus sit aut melancholicum, aut crassum, aut (ut omnia complectar) prauo succo abidet. Haec eadem & de regionibus, anni temporibus, & aeris constitutionibus in quoque edulio intelligere oportet, ac autumno quidem melancholicis cibis, ac siccatis abstinere, hyeme uero eis uti, quemadmodum sane estate humectantibus & refrigerantibus, uere autem, quod medijs sit temperamenti, medie facultatis cibos edere. Est porro mediorum non una species: quaedam enim sunt huiusmodi, quod extremorum omnino sint expertia, quaedam autem, ex amborum aequae pollentium mistione mediocritatem sunt adepta: quod paulo ante dixi, cum quis prisana lente commiscuerit. Sic & teutlophacen, quae ex beta & lente mistis ita nominatur, Heraclides Tarentinus, non sanis modo, uerum etiam agrotantibus exhibebat. Est enim id edulium uerum, ex pugnantibus compositum, in quo beta quidem minus subsidet, lens autem magis subducitur. Perspicuum autem est, quod succus teutlophaces, qui in corpus distribuitur, ex amborum facultate, lentis uidelicet ac beta, est mistus.

De fabis.

Cap. 19.

Fabarum quoque usus est multiplex, quippe ex ijs conficitur & liquida in ollis puls, (Graeci *trivis*) uocant) & spissa in parinis. Tertius praeterea ipsam praeparandi est modus, qui fit cum prisana. Plurimo sane hoc edulio gladiatores quotidie apud nos utuntur, corporis habitum carne non densa nec

nec constricta (cuiusmodi est suilla) impletas, sed quodam modo fungosiore. Flatulentus est is cibus, et...

De faba Aegyptia.

Cap. 20.

Faba Aegyptia, sicuti nostram magnitudine longe superat, ita & naturam habet humidiores ma-

De pisce.

Cap. 21.

A. L. L. C. 437.

Illam tota substantia cum fabis quandam habent similitudinem, eodemque cum fabis modo sumuntur.

De cicerebus.

Cap. 22.

A. L. L. C. 438.

Non admodum consuetum est urbanis hominibus ex cicerebus pulvem conficere, a rusticis vero non nunquam videtur parari.

De lupinis, & quae humida consistentia, quaeque dura sunt, quod alimentum corpori praebent.

Cap. 23.

Hoc quoque semen, id est frequentis usus, esse nouimus, secundum alteram eius uocabuli significationem, quandoquidem rem aliquam ita appellant, tum quae multis corporis affectibus conuenit.

A habent qualitatem, quae alium ad excernendum incitet, aut ipsum excernere prohibeat. Illae quidem qualitates alimentis insunt, non tanquam alimentis, sed tanquam medicamentis.

De seeno graeco.

Cap. 24.

Semen hoc non modo, sed & bouis cornu, a nonnullis autem, id est capre, sconi appellatur. Inter manifesto calfacientia censetur, eundemque hominibus in cibo usum praestat, quem lupini.

De phaselis & erullis, quam & ypor appellant.

Cap. 25.

Haec quaeque semina homines, quo modo & seenu graecum, prius in aqua, quoad radicem produxerint, macerantes, uentris subducendi gratia mandant ante alios cibos, garo intingentes.

De cicercula.

Cap. 26.

Cicercula substantia quidem erullis & phaselis est adsimilis. Vtuntur autem his plurimum in nostra Asia rustici, & potissimum in Mylia & Phrygia, non modo quemadmodum in Alexandria.

De aracos.

Cap. 27.

Postrema nominis aracorom syllabam scriptam per e in Aristophanis Hecadibus inuenimus ubi inquit, Aracos, triticum, pristanam, alicam, zciam, lolum, simlagnem.

QUARTA CLASSIS.

C & illis

& usus ipsius omnis & facultas cicereculi facultati est ad similes, nisi quae araci sunt duriores, minusque facile elixatur. Quae causa est, cur cicereculis concoctu sint difficiliores. Apud nos autem sylvestre quoddam rotundum ac durum, erioqui exilius, in fructibus cerealibus repertum, quod arachium nominatur, non per se, sed per ultimam syllabam proferentes, projiciunt ipsum, unum & semen lecturidaceae, seligentes.

De dolichis.

Cap. 28.

Dolichorum nomen a Diocle quidem scriptum est, una cum aliorum quoque seminum nos alendum nominibus. Scriptum autem etiam est in libro Hippocratis de ratione victus, cuius etiam libelli antea abunde memini. Existimo autem ipsos sic appellare semen plantae hortensis, quam nunc vulgo numero multitudinis bifuram nominant, quidam in libro de siliquis, alij quatuordecim nuncupant. Vocem ipsam quatuor syllabis proferentes, eoque modo nomen diuersum ab eo, quod tribus syllabis pronunciat, efficiunt. Sunt, qui phaselum eundem cum cicerecula esse dicant, alij ipsius speciem. Quod tamen ad dolichos attinet, coniectare quis possit eos nominari plantas has hortenses, uel ex istis, quae Theophrastus in octauo de plantarum historia scripsit ad hunc modum. Et alij quidem caulibus erectis, ut tritico, hordeo, & omnino frumentaceis, atque assiuus: alij autem tendens in latus potius, ut ciceri, erio, lenti: alij humi procidens, ut eruilia, pisco, cicerecula. Dolichus uero, si ligna longa affixeris, ascendit, & frugifer fiet, alioqui uinosus atque rubiginosus reddetur. Ex eo autem, quod ligna longa iubet affigi, affirmatque, nisi id fiat, rubiginosus ipsos reddi, posset quis coniectare ipsam uerba facere de ijs, quos nunc phaseolos, seu siliquas appellant. Ipse autem siliquas id appellat, quod semen eorum leguminum, cuiusmodi est lens, erium, pisum, faba, ac lupinus, continet. Quemadmodum enim frumentacea semina spicis, ita memorata iam siliquis continentur: atque ipsos quidem dolichos siliquas continent: ob eamque, opinor, causam fructum totum uulgo nunc siliquas nominant: quo modo totos frumentaceos fructus, spicas. Non me fugit alia quoque multa esse, quibus homines multum utuntur, quae generis totius nomen sibi assumpserint, ut calamus, quo scribimus, & atramentum. In libro autem de ratione victus Hippocrates scriptum sic reliquit, Pifa minus quidem instat, sed magis per aliam secedunt: eruilia autem & dolichi, ijs quidem secedunt celerius, uerum minus sunt satulenti, & nutritiuo affluentius. Cum enim Hippocrates his uerbis pifa fabis comparat, quarum prius, ut cibi satulenti, meminerat, deinde eruilias & dolichos adscribat, in eo significat dolichon eiusdem esse generis cum praedictis seminibus, & potissimum cum eruilis. Verum, cum nullam praeter cicereculam, aut phaselum mentionem fecerit, suspicari quodammodo possumus, illorum seminum quoddam licere appellare dolichon. Quod si quis phaseolos quoque in cicerecularum genere reponat, negare saltem non poterit, quin eruilia & dolicha in praedicta oratione dolichi appellari queant. Nam & Diocles in leguminum catalogo, ut falax primas recensuit, mox pifa, deinceps ad uerbum sic scribit, Dolichi uero non minus, quam pifa, nutrant: praeterca flatu similiter carent: quod uero ad suauitatem pertinet, ac deiectionem, uincuntur. Verum is quoque deinceps eruilia, eandem, & lentis, & ciceris, & orobi mentionem faciens, cicereculam autem nomen praetermittens, eandem praebet dubitationem. Dicere tamen quis possit omnia haec, eruilias, cicereculas, phaseolos, unum esse genus, uerum pluribus nominibus appellari, ut aliam uel uel. [nam utrumque nomen columnam significat]: fortasse autem propter quasdam differentias, quae in ipsis apparent. Verum tamen, si dolichi non minus pifis nutrant, tum quod aequae, ac pifa, flatu careant, indicio esse debet, Dioclem dolichos appellasse, quos nunc phaseolos nominant. Si quidem cicerecula non magis, quam pifa, flatu carent, quemadmodum nec eruilia, nec phaselus: sine haec, ut dixi, unum genus, siue unius generis sint differentia. Philotimus autem & Praxagoras nullius ciborum huiusmodi meminere, nisi fabarum duntaxat, & pisorum: quamobrem nihil ex illis, quidam dolichorum nomine significetur, possumus colligere. Itaque uocet quisque, quo libeat, nomine, quos nunc uulgo phaseolos & siliquas appellant, dum sciat ea talem obtinere facultatem, cuiusmodi Diocles dolichis attribuit. Ad cuius sententiam Hippocrates in libro de ratione victus prope accedit, cum inquit eruilias & dolichos facilius deieci, quam pifa, ac minus instare: praeterca alere ipsos testatur: nam ita res habet, nisi quod integros & etiamnum uirides una cum suis siliquis ex oleo & garo ut plurimum homines mandunt: non nulli autem uinum etiam adijciunt. Sed eos, ut pifa, non reponunt propter humiditatem copiosorem: cuius occasione solent corrumpi. Quod si quis eos quoque secure uelit reponere, sicuti pater meus factitabat, siccare ipsos penitus oportet. Sic enim hyeme tora manent impures & incorrupti, eundem nobis usum, quem pifa, praestantes. Quidam meorum amicorum Romae agens mihi narrauit in Caria in patria sua, quam Ceramum appellabat, in agris dolichos non aliter, quam alia legumina, sciri, figuramque eos habere cicereculis longiorem.

De Orobo, id est Eruo.

Cap. 29.

Boues tum apud nos, tum apud alias plerasque gentes eruum prius in aqua dulcoratum pascuntur: homines uero ab hoc semine praeteritus abstinent. Est enim insuauissimum, & prauis succi. In magna tamen fame, quemadmodum Hippocrates quoque scripsit, necessitate coacti ad ipsum non nunquam accedunt. Nos uero ad eundem modum, quo lupinos, praeparantes orobis cum melle utimur, eum medicamentis, crassis thoracis ac pulmonis humores expurgantibus. Porro inter orobis albi minus sunt medicamentosi ijs, qui ad suauitatem aut pallorem recedunt. Qui uero cocti bis fuerint, & in aqua idem idem dulcorati, insuauitatem quidem deponunt, sed una etiam cum ea abstergendi & incendi

A dendi facultatem, ut sola in eo relinquatur terrestris substantia, quae substantia alimentum fit, quod citra insignem amarorem desiccandi uim habet.

De Sesamo & Erysmo.

Cap. 30.

Sesami semen pingue est, ideoque repositum celeriter fit oleosum: quamobrem eos, qui ipso ueluti stur, celeriter implet: stomachumque subuertit, ac tarde concoquitur, pingueque corpori praebet alimentum. Liqueat ergo, quod uentriculi partibus uigorem ac robur addere nequit, quemadmodum neque aliud quoduis pingue. Est autem crassi succi, ideoque non prope peruat. Ipso autem solo non admodum uelutur, sed cum melle crudo, quas uulgo *eruo* uocant, effingentes. Panibus etiam in spectant. Porro quemadmodum milio panicum (quod etiam *uallum* diximus appellari) ad simile quidem substantia quodammodo est, uerum undequaque deterius: ad eundem modum & sesamo erysimum corporis substantia quodammodo est affinis, sed in cibo est insuauis, corporique alimentum parcius exhibet, praeditoque omnino est deterius. Ceterum utrumque temperamento est calidum, ob eamque causam situm etiam excitat.

De papaueris semine.

Cap. 31.

Sesami papaueris semen panibus utiliter, seu condimentum, inspergitur non secus ac sesamum: uerum salbum nigro praestat. Refrigerandi autem habet facultatem, ideoque somniferum etiam est. Quod si sumptum liberalius fuerit, non solummodo, sed soporem etiam (quem Graeci cataphoram nominant) inducet, atque concoquitur. Inhibet praeterea, quae ex thorace ac pulmone rursi expiuntur. Conferit uero ijs, qui catarrhis fluxu tenui a capite defluentibus infestantur. Corpori autem nullum commemorabile praestat alimentum.

De Lini semine, quod etiam composito nomine Linaespermon dicitur.

Cap. 32.

Non nulli fruxo quidem ipso, ut obsonio, cum garo non secus, ac factitio sale utuntur: utuntur autem & mellis permiscentes: quidam panibus quoque ipsum aspergunt. Stomacho autem noxiu est, & coctu difficile, exiguumque alimentum corpori exhibet. Quod uero ad uentris deiectionem pertinet, ipsum nec probaueris, nec uituperaris: exiguum tamen mouenda urinae habet facultatem, quae magis apparet, cum fruxum sumitur. Tunc autem aluum quoque magis silit. Rustici autem homines eo utuntur saepe numero, fruxo uulgoque mel admiscentes.

De Ormino.

Cap. 33.

Hoc quoque fruxo utuntur, deinde eatenus laeuigant, ut farina euadant: mel quoque ei admiscunt. Panum in seipso habet alimentum, ut quod media inter erysimum & cuminum sit natura.

De Cannabis semine.

Cap. 34.

Non, quemadmodum planta ipsa cannabis uicini quodammodo est similis, ita semen semini facultate est simile, sed plurimum ab eo distat, ut quod concoctu est difficile, stomacho que ac capiti nocet, praeterea sit succi. Sunt tamen, qui eo quoque fruxo cum alijs eragematibus uescantur. Tragemata autem uocant ea, quae post cenam, uoluptatis inter bibendum excitandae gratia manduntur. Mulcu autem calefactu, ideoque sumptum paulo largius, caput ferit, uaporem sursum ad ipsum mittens calidum simul ac medicamento sum.

De Viticis semine.

Cap. 35.

Idem semen etiam ipsum per se fruxum manditur, crediturque appetitus uenereos inhibere: alimentu autem corpori praebet exiguum, idque siccans ac refrigerans: datus autem ualde dissipat, quorum omnium occasione ijs, qui a uenere puris se seruare uolunt, est accommodum: unde & nomen casti aiunt ipsi fuisse impositum. Ceterum caput non ferit, quo modo cannabis.

De Aphace & Picia.

Cap. 36.

Horum seminum figura non est rotunda, ueluti fabarum, sed aliquanto latior, quo modo lentium. Haec quoque cum ipsis siliquis atque integra planta rustici reponunt, ut brutis pecudibus sint pabulo. Per fame tamen quosdam noui, qui haec quoque comederint, potissimum uere, cum etiam uirerint, quemadmodum fabas, & cicera elirare consueuerunt. Sunt autem non insuauia modo, sed concoctu et difficilia, aluumque inhibent. Perspicuu ergo est, quae natura sit eiusmodi alimentum, quod ex ipsis distribuit, habet haudquaquam boni succi, & crassum, ad succu melancholicu gignendum idoneum, seu prius deiectione dixerimus. Veru illi quidem multa bona insunt, his autem nihil bonorum illius adest. Ceterum uiciae nome apud nos quidem est tritum, eoque solo nominatur: Attici uero *orapanon* aut fabam appellant.

De seminibus alienigenis, quae in quoque genere permixta reperiuntur.

Cap. 37.

In tritico quidem frequens lolium saepe inuenitur: in hordeis uero reperitur quidem, sed paucum, quam autem agilopem appellant, ea in hordeis frequens inuenitur, cum prima generatio uel incrementum ipsi non recte successerit. Porro pater meus atate iam declinante cum agricultura delectaretur, triticum, ac hordeum aliquando seminauit, omnibus diuersi generis seminibus, quae ipsis erant admixta, diligenter selectis, quo certo cognosceret, num ex ipsorum maturatione lolium & agilops nascerentur, an propriam haec quoque semina natura haberent. Cum autem forte una cum puris seminibus in tritico quidem frequens lolium, in hordeo autem paru, sed magna agilopis uim enata conspiceret, in alijs quoque seminibus, ita de experiri est aggressus. Reperit igitur in lece quoque ex maturatione ipsius durum rotundumque aracum, & securinum, semina non uelca enata: praeterca apatinen, quae non modo non

QUARTA CLASSIS.

C 2 esculepta

Græcis codex habet *eruo* i. decocto.

A. l. z. T. l. c. 665.

Tæcius legit calefaciens.

esculenta est, sed plantæ lentis, dum affurgit, undiq; inplexa ipsam strangulat, ac suffocat, & deorabit...

GAL. DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

De fructibus agit, qui uel ex arboribus, uel ex oleribus proueniunt, de ipsis quoque oleribus, quæ ad alendum corpus sumuntur.

Quid actum superiore libro, quid deinceps agendum, ac de differentiâ seminis & fructus.

Cap. I.



VM A PLANTIS & animalibus sumamus alimenta, qui autem ante me fuerunt omnes, in ijs, quæ de alimentis scripserunt, a cerealibus nuncupatis...

De

Horam anni, Græci id tempus appellant, in cuius medio caniculam exoriri contingit. Tempus autem id dierum est quadraginta: quo tempore omnes horarum, quos uocant, fructus constant...

† Co. græci manu scripti habent: χρυσου δ' οντω παρ' αμαλ...

De cucurbita.

Cap. 3.

CRUDA quidem insuauis est, stomachumq; lædit, & cōcoctum est difficillima, adeo, ut, si quis alterius cibi inopia cucurbitam mandere coactus fuerit...

QUARTA CLASSIS.

C 3 De

De peponibus.

Cap. 4.

Vniuersa peponum natura frigidiore est cum humiditate copiosa: habent autem uim quandam abstergenti, cuius beneficio uinum cicut, & deorsum expeditus, quam cucurbita, in clopeponi...

De melopeponibus.

Cap. 5.

Melopepones minus, quam pepones, sunt humidi, nec adeo prauis sunt succi, minus item urinas mouent, tardiusque deorsum descendunt. Ad uomitum preterea excitandum, non tantum, quam pepones, habent momenti...

De Cucumeribus.

Cap. 6.

Vrinam quidem & ipsi, quo modo pepones, cicut, sed minus, quam illi, quia ipsorum substantia minus est humiditateque non facile, ut illi, in uentriculo corrumpuntur. Inuenias autem, qui ipsos...

De fru-

A. I. 2. 1. c. 71.

A. I. 2. 1. c. 71.

A. I. 2. 1. c. 71. p. 37

Gregori lib. 110 habet probu. nec Orib. primo collect. 41

De fructibus, qui ex arboribus colliguntur.

Cap. 7.

Pira sane, & poma, & ficus, persica, punica, & id genus alia, fructus sunt arborum, quibus homines utiliter uescuntur. Sunt & preter hos alii, quibus homines non uescuntur, de quibus in praesentia dicere, non est institutum. In uniuersum autem ac communi ratione, de fructibus, quibus homines uescuntur, scire oportet...

De Ficibus.

Cap. 8.

Quod omnibus quidem non modo autumnalibus fructibus, sed & ijs, quos fugaces appellant, est commune, id ficus quoque habent. Non enim potuerunt succi prauitatem effugere, ramentum minus, quam ceteri fugaces omnes, ipsius sunt participes. Verum haec ipsis insunt bona, quod uentrem prompte permeent, & quod facile totum corpus permeant. Nam & abstergenti quoque insigiem habent facultatem: quo fit, ut post ipsarum esum nephretici multas arenulas excernant. Præterea, cum omnes autumnales fructus exiguum corpori præbeant alimentum, id omnium minimum ficibus usu uenit. Carnem tamen non compactam neque firmam generant, ceu panis, & suilla, sed subaxam ac subinanem, ut faba. Flatibus tamen hæc quoque uentrem implent, essentque eo nomine admodum dolorifica, nisi etiam celerem descensum essent adeptæ: cuius beneficio celeriter peruadentibus status, quem excitant, non diu manet, atque in eo minus ceteris fructibus autumnalibus lædere consueuerunt. Ceterum maturæ ficus immaturas non mediocriter antecellunt: quod & in alijs quidem omnibus fructibus cernitur, non tantum tamen in eis est discrimen. Nam, quæ ficus prorsus sunt maturæ, nihil propemodum omnino lædunt: quo modo nec carica: quæ multiplicem quidem ita demum probum gignunt: quo fit, ut ex ipsarum usu pediculorum multitudo pronentiat. Habent etiam tenuandi facultatem & incidendi, qua uentrem quoque ad excretionem irritant, tenesque expurgant. Iecori autem siemque, inflammatione obsessis sunt noxia, quemadmodum & ficus, non peculiariter quadam & eximia facultate, sed communi ratione dulcissimi omnium ciborum ac potuum: obstructis autem illis, aut scirrho affectis, ipsæ ex sese non magnopere commovent, aut efficiunt: sed medicamentis incidendis ac extenuantibus & abstergentibus misce, non mediocriter inuuant. Proinde non nulli Medicorum in dictis lienis ac hepatis affectibus exhibent ipsas longe ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut satyria, aut calaminthe, aut origano, aut hyssopo. Ad eundem autem modum, si carica cum alio quopiam eorum, quæ facultatem habent acrem, aut omnino incidendi ac extenuandi, assumantur, inuabunt non solum sic affectos, sed etiam sanos. Si quidem iecoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos esse non egrotis modo, sed sanis etiam est tutissimum. Ad eum igitur modum uulgo ficibus cum sale tenuato, aceto, & garo præparatis, uescuntur, quod ipsas utiles esse experientia didicerint. Verisimile autem est ipsorum non nullos Medici cuiusdam consilio impulsos, ad edendas ipsas accessisse, deinde eam notitiam ad uulgus dimanasse. Qui uero cum cibo aliquo crassi succi caricas ficibus mandunt, non mediocriter offenduntur.

De Uuis.

Cap. 9.

Ficus & uuis, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumque prauis succi habent, præsertim cum exactam maturitatem fuerint adeptæ. Porro, quod ipsa nutriant, maximo argumento sunt ijs, qui uincarum fructum custodiunt, qui cum duos menses solis uuis ac ficibus, quorum custodiæ præsumunt, uescantur (nisi forte panis quidpiam cum illis addant) corpulentum tamen admodum fiunt: ac caro, quæ ex ipsis gignitur, haudquaquam est firma ac densa, quemadmodum ea, quæ ex canibus fit: sed laxa est ac præhumida: ob id celeriter etiam, cum uesci ipsis desierint, constringitur ac confidet. Verum uuis minus alunt, quam ficus, maximumque id ipsis inest commodum, quod uetociter subsideant. Quocirca, si quando hæserint, grauius lædunt, cum id maturis ficibus non insit. Hæc enim, etiam si non magnopere deorsum concedant, modo probe in uentriculo coctæ fuerint, alimentum corpori dant innoxium: quorum neutrum uuis adest: neque enim retentæ belle coquantur: & dum in iecur ac uenas distribuuntur, succum crudum generant, qui non facile in probum sanguinem mutetur. Nam acinorum substantia composita est ex ipsarum uelut carne, & humore, qui per carnem est dispersus, ex quo fit uinum: præterea ex seminibus, atque ex membranoso tegumento, quod omnia hæc extrinsecus circumambit. Ceterum seminum quidem substantia sicca est, & quodammodo adstringens, omniaque intestina peruadit, nihil, quod sensu deprehendi queat, a sese mutata, non secus ac in ficibus, hæc enim in utroque fructu proportionem inter se respondent, cum utrunque totius planta sit semen, permeetque non alteratum, non in chylum uersum, nulla denique in re immutatum. Est & proportio quadam in tegumentis utriusque fructum continentibus, quæ ipsis eum usum præstant, quem cutis animalibus. Exiguam autem

QUARTA CLASSIS.

C 4 tegumentum

eiufmodi conspicue ineffimaturioribus autem inest simul & acida. Proinde nonnulli ab arbore ipsa **E** detrahentes ac siccatantes reponunt, medicamentum ad dysenteriam, ac diuturnam diarrhoeam curationem utile sibi futurum. At nunc nobis non est propositum medicamentorum facultates exponere. Rursus igitur ea reperimus, quae sycamina ipsa, ut alimentum, possunt agere. Quod quidem celeriter subducantur, dictam nobis prius fuit, quod eis accidit forte propter solam substantiae humiditatem ac lubricitatem; forte etiam propter admistam qualitatem quandam acriorem quae deiectioni excitanda satis esse possit: quandoquidem qualitas adstringens, non modo ad subductionem nihil confert, uerum etiam suapte natura uentrem constipat. Didicisti autem ex commentarijs de simplicium medicamentorum facultate pleraque esse corpora, quae facultates habeant contrarias. Coniecto igitur mora exiguam in seipsis habere facultatem eiusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus inest, cuius beneficio non modo facile secedunt, sed corrumpuntur etiam, si diu in uentre manserint. Quod si corrupta (ut dixi) non fuerint, omnino quidem humectant, non tamen omnino refrigerant, nisi sumpta fuerint frigida. Alimentum autem corpori praebent minimum, quo modo pepones, non tamen, ut iij uominum excitant, neque stomachum laedunt.

De Cerasis.

Cap. 12.

EX Cerasis quaedam sunt, quae moris sunt similia, cuiusmodi sunt ea, quae minimam habent adstringentiam: alia ruborum fructuum, ut ea, quae euidentius adstringunt: quaedam autem sunt, quae uel ualentius ijs adstringant. Proinde memoratae cuiusque speciei facultatem, ex ijs, quae de sycaminis & rubi fructibus dicimus, potes colligere.

De Rubi fructibus.

Cap. 13.

Ruborum fructum homines apud nos *βελων* appellant, quemadmodum mora & sycaminam troque enim modo ipsa nominant. Sunt autem *βελων*, quam mora, magis adstringentia: & si quis largius ijs uescatur, capitis dolorem se: ut alij stomacho anguntur. Proinde fructum hunc abluamus, oportet, prius, quam mandere ipsum aggrediamur: quod maxime in sycaminis quoque est faciendum. Nou tamen uentrem subducunt, sed potius cohibent: & si quis immatura ipsa prius siccata reposuerit, multo etiam magis cohibebunt. Omnia tamen medicamenta, quae ex mororum succo parantur, si facta ex ijs quoque fuerint, facultatem habebunt efficacioram.

De fructibus Canirubi.

Cap. 14.

FRuctus canirubi multo magis, quam ruborum, adstringit: ob eamque causam uentrem magis cohibet. Vescuntur autem ipso frequenter rustici, exiguum alimentum corpori suggerente: uocantque *καμύρα*, id est canirubum.

De fructibus Iuniperi.

Cap. 15.

FRuctus iuniperi, qui *επικυβη* dicitur, acris est admodum cum exigua dulcedine, & minori praeterea adstrictione: habet autem & aromaticon quiddam. Perspicuum certe est, quod calefacit quidem tum propter acrimoniam (demonstratum enim est acria omnia calefacere) tum autem maxime propter odorem ac gustu aromaticibus adsimiles. omne, *αδρον*, calidum. Hepar autem & renes purgat, & succos crassos ac lentos uidelicet tenuat: unde medicamentis salubribus admisceatur. Alimentum autem ex ipso exiguum corpori hominum accedit. Quod si quis ipsum largius sumserit, stomachum mordet, & caput calefacit, ob idque ipsum non nunquam replet: doloribusque infestat uentrem, nec proxiat, nec cohibet: uenas tamen mediocriter ciet.

De fructibus Cedri.

Cap. 16.

FRuctus cedri, qui *καδύς* dicitur, colore quidem & figura fructui iuniperi est similis, subtilis enim est ac rosudus: dissidet autem ab eo acrimonia. Nec multum abest, quin fructus hic ex genere sit medicamentorum, cum nullum praebet corpori alimentum, nisi quis aqua ipsum macerarit. Omnibus, *αδρον*, acris id est commune, ut soluta ipsorum acrimonia exiguum alimentum corpori praebant. Quin etiam cedrorum fructus, ut fructus iuniperi durior est ac liccior, ita praefecto exilior. nihil, ut ille, habens aromaticon. Perspicuum autem est, quod & stomachum ualde mordicat, & capiti dolorem infert, nisi quis ipsum parcissime sumserit.

De Nuce pinea.

Cap. 17.

Nux pinea boni ac crassi est succi, multumque nutrit, non tamen facile coquitur. Appellant autem nunc Graeci ipsum non *καδύς*, sed *επιβίλον*.

De fructu Myrti.

Cap. 18.

GRaeci fructum hunc *μύρτα* nominant, nutritque tenuiter aequae, ac fructus iuniperi, facultatem tamen habet contrariam. Quandoquidem ualenter adstringit, & ob id ipsum alium sistit: non tamen pro ratione adstrictionis, frigidus facultate est, propterea, quod adstrictionem habet non solam, sed acrimonia etiam quaedam admistam. Porro cibus omnibus, qui qualitatem medicamento sam habent uehementem, est commune, ut, cum eam qualitatem coctione, aut assatione, aut maceratione deposuerint, exiguum corpori dent alimentum, prius autem profus non nutrant. Id enim ipsum & capis & poris accidit.

De Persicis.

Cap. 19.

FRuctum hunc, siue mala persica, siue (ut Graecis nunc mos est) simpliciter persica appellare uelis, siue aliud quoddam uetus nomen praeter haec uestigare, potes id per magnam oculi facere. Nunc autem discas

A discas, quod nominibus ipsis erit utilius, quod scilicet ipsorum succus, & ueluti caro facile corrumpitur, prauaque omnino est. Quocirca (quod quidam facere solent) non sunt post alios cibos mandenda: corrumpunt. *αδρον*, in superficie natantia, sed in oibus, quae prauum quidem sunt succi, uerum humida sunt ac lubrica, & quae subduci facile queant, id eorum remedium, ea ob id ipsum ante alios cibos esse sumenda. Ita, fiet, ut & citius subducant, & alij cibus uiam muniant. Quae, si sumpta postrema fuerint, una secum alia quoque corrumpent.

De Armeniacis ac Praecociis.

Cap. 20.

HAec quoque ex genere sunt persicorum, bonitate non nihil illa superantia. Neque enim in uentriculo, ut illa, corrumpuntur, neque acescunt: uulgo autem suauiora apparent: unde etiam stomacho sunt gratiora (cetera enim illis sunt similia) suauibus autem omnibus id inest: quemadmodum in suauibus, ut uentri uelut resupinent, ac subuertant, & ad uomendum incitent, capientem quam celerime, quod infestat, abijcere: id quod facit pro momento eorum, quae infestant. Quae enim uergunt deorsum, ea ipsa expellit: quae uero supernatant, per uomitus eijcit. Idem facit, & cum succi prauum ex toto corpore in se se desuunt. Etenim, qui ex ijs in parte uentriculi superiorem consueunt uomitu uacuantur, qui uero in inferiorem, pariunt diarrhoeam. Porro, quod fructus omnes autumnales exigui sint alimentum dictum id nobis prius fuit. Praecocia tamen, quae uocant, armeniacis sunt praestantiora. Qui autem praecocium nomen fugitant, utraq; mala armeniacae appellant: alij uero armeniacae, p quantiorum syllabas, non quinque.

De Malis, & saporibus, qui in eis insunt.

Cap. 21.

GENUS horum non est simplex, quo modo neque prorum, neque puniceorum. Quaedam sunt, quae saporibus habent austerum, alia acidum, aut dulcem: non nulla etiam ex ijs mistum apparentque & dulcia simul & adstringentia. Praeterea alia quaedam cum dulcedine manifestum habent acorem. Ad haec, alia cum acore acerbiter. Inuenias autem interdum, & quae hos tres saporibus simul habeant euidenter adeo, ut acida appareant & dulcia, acerbiterque habeant non nihil. Perspicuum autem est, quod adstringens, austerum, & acerbum, tria haec nomina saporibus, qualitatem unicam significant. Quod uero acerbum quidem in eo ab austeris differant, quod ualentius adstringant, (commune autem ipsorum genus est adstringens), ex quarto libro de simplicium pharmacorum facultate didicisti, in quo de saporibus substantia ac facultate tractauimus. Memor igitur illorum scito mala quidem, quae adstringunt, succum habere frigidum ac terreum. Quae uero acida apparent, frigidum quidem, uerum tenuium esse partium. Mediae autem temperaturae esse dulcia, quae tamen ad calidius uergunt: quemadmodum, quae omnis qualitatis sunt experta, ac ueluti aquosa, ad frigidius inclinant. His igitur uteris pro uicenti in saporibus facultate, austeris quidem pomis, cum uentriculus uel propter calidam intemperiem, uel multam humiditatem fuerit imbecillus: acerbis autem, cum duo haec aucta admodum fuerint: acidis, quando succum crassum, qui non magnopere frigidus sit, suspicabens in ipso esse collectum. Quandoquidem succus frigidus non acida, sed acria postulat, utraque certe & acida & acria succos crassos incidunt, in eo tamen differunt, quod haec quidem cum calfactione: illa autem cum refrigeratione id praestent. Perspicuum porro ex ijs, quae saepe iam diximus, est, quod adstringentia quidem, quantum in ipsis est, alij deiectiones semper cohibent: acida uero, cum succum crassum in uentre inuenerint, ipsum incidunt, ac deorsum subducunt, ob idque deiectiones humectant. Quod si uentrem purum inuenerint, ipsum magis sistunt. Porro succus dulcis, cum sine acrimonia & crassitie, hoc est, cum solus plane fuerit, celerius, quantum in ipso est, distribuitur: quod si acrimoniam, aut crassitiam habuerit, citius subducitur. Est autem & aliud succi genus, non in pomis modo, uerum etiam in alijs omnibus, quod aqueum, & qualitatis expertum appellant, ut antea quoque diximus: quod stomachum quidem minimum iuuat, in medio autem est memoratarum facultatum, quemadmodum & aqua ipsa. Inest autem pomo eiusmodi id uirtutem, quod, cum ad mandendum ipsum aut uoluptate, aut utilitate adducantur, quando neque gustu iucundum ipsum, neque, quemadmodum adstringentia, robur uentri inducere, neque fluentem ipsum sistere comperiant, merito contemnunt: quemadmodum & apud nos quidem in multis Asiae locis, subibus ipsum

Droijcimus, *πλατανιστος* appellant, quod tenera platanorum folia gustu quodammodo representent. Ceterum optima genere poma non sunt ante colligenda, quam in arboribus maturauerint: concocctu enim sunt difficilia, & frigida, tardeque permeant, & prauum sunt succum: ut intumescant, quod succum etiam habent frigidum, ac leniter crassum. Quae uero belle, matura in hyemem & uer proximum asseruant, ea saepe in morbis maximum afferunt praesidium, uel caraplastatis modo cum farina adnota, aut in calidis cineribus mediocriter assata, aut pulchre in aqua bullientis uaporibus percocta. Ceterum post cibum statim dare ipsa conuenient, non nunquam autem & cum pane ad uentriculum & stomachum roborandum ijs, qui deiectiones sunt appetentia, tardeque concoquunt, quique uomitu, diarrhoea, ac dysenteria infestantur. In hunc uelut acerba sunt apta. Parata enim, ut iam praecipi, mediocrem retinent adstrictionem, cum, si mediocriter austeria fuissent, in eiusmodi apparatu adstrictionem omnem deposuissent: ob idque similia ijs euadunt, quae ab initio sunt aquea.

Qui haec, ut ejus pomorum aut pironum adstringentiam, non cum quibusdam deiciat.

Cap. 22

CVM autem quoddam audiuisset, qui dicerent uentrem sibi ab esu adstringentium subduci, satis esse putauit, quae de eo ratione atque experientia saepe cognouisset, hoc loco semel fufius explicare. Cum Protas thetor quidam, cuius noster narraret uentrem sibi post esum pomorum ac pironum austerorum deijci, re intellecta atque in ipso per experientiam comprobata, audacius postea in alijs id ipsum sum

in acutis, tardi est transitus. ac crassi succi, quas res consequitur, ut ipse concoctu sint difficiles. Ceteri E...

De alimentis, quod a plantis ipsis sumitur.

Cap. 39.

Non modo plantarum semina ac fructus, sed etiam integras ipsas saepe numero mandimus: saepe...

Gracorum...

De lactuca.

Cap. 40.

Viri Medici, quemadmodum fructibus aut animalibus ficus, ita hoc olus alijs omnibus anteposue...

De brassica.

Cap. 44.

Hanc quoque plerique, ut obsonianam, mandunt: medicum autem, ut siccante medicamento, utuntur...

QUARTA CLASSIS.

D rit

A quod nunc homines Lepidiana appellant, quando quidem apud nos aliud quoddam est olus agrestis, quod...

De Seris.

Cap. 41.

NVM, quos Romani intybos appellant, veteres Athenienses Seres duntaxat nominantur, an & alia...

De Malua.

Cap. 42.

Quemadmodum Lepidiana, qua lactuca agrestis, ab hortensi, ita malua agrestis a fatua est diuersa...

De Beta.

Cap. 43.

Maluam quidem, ut lactucam, diximus non modo esse satiuam, sed aliam etiam quandam esse ag-

...am si dicitur... plane tabescere: sed oportet, ut paulo ante diximus, aquam cali-

De Atriplice & Bliu.

Cap. 45.

HAcc sunt alij oleribus aquosiora, & ut sic dicam, id est, qualitatis expertia magis, quam cu-

De Portulaca.

Cap. 46.

QVidam portulaca utuntur, ut cibo: nutrimentum autem habet exile, idque humidum & frigidum

De Lapatho.

Cap. 47.

LIter cuius, ut ante diximus, lapathum appellare betam agrestem, ut quod non gustu modo, sed ui-

De Oxylapatho.

Cap. 48.

VEL nomen ipsum, plantæ huius qualitatem ac vires indicat: est enim lapathum acidum. Quod autem

De Solano.

Cap. 49.

INTER ea olera, quibus vescimur, nullum noui, quod tantam habeat adstrictionem, quantum solanum.

De Plantis spinosis.

Cap. 50.

PERique rusticorum plantis huiusmodi e terra nunc nuper emersis, prius, quam ipsarum folia in-

De Cinara.

Cap. 51.

OMnes, qui uulgarem consuetudinem fugitant, plantam hanc, ut supra appellat, non per se, sed

De Apio, Equapio, Sio, & Smyrno.

Cap. 52.

HAcc omnia uicinas cient: inter quæ apium est ustratissimum & suauiss, & stomacho gratius: equa-

A siue quis credam ipsam, siue elixam mandat, siue cum oleo & garo, siue uinum uelit adijcere, siue accesi-

De Eruca.

Cap. 53.

HOC olus manifestissime calfacit, prouide solum ipsum mandere, nisi lactuca folijs miscetur, non

De Ascalipheid est. Præica, quam & Cniden nominant.

Cap. 54.

HERbarum agrestem una hæc est, tenui uoque est partium ac uirium, unde nemo ipsa, ut alimento,

De Ginguado, & Scandice.

Cap. 55.

Gingidij maximus est in Syria prouentus, manditurque non aliter, quam scandix apud nos, thoma-

De Ocimo.

Cap. 56.

PERique hoc quoque utuntur, ut obsonio, cum oleo & garo ipsum mandentes: uitioli autem est succi:

De Sementio.

Cap. 57.

QUemadmodum anethum, ita foeniculus interdum sua sponte nascitur: serunt tamen & ipsum in hor-

De Asparago.

Cap. 58.

VTriam syllaba secunda nominis asparagi per ph sit pronuntianda, an per p (ut omnes nunc proferunt)

A. l. 2. T. 2. c. 54. † Simile scan- dicit, qui est apud nos.

G A. l. 2. T. 2. c. 54. † Scandix .i. no- uum. Orib. 2. collect. 16.

† G. lib. habet refrigeratio- nis adstringenti

A. l. 1. T. 2. c. 56.

De alio genere Asparagorum.
Aliud autem asparagorum est genus, quod in plantis fruticosis provenit, oxyrythum, chamaedaphne, & oxyacantha. Ab ijs præterea alij sunt diversi, quorum alius regius, alius *latro*, palustris nonnauarum: quemadmodum & alius est bryonia ab ijs diuersus. Omnes autem stomachum iuuant, uirinaeque euent, & parum nutriant. Si tamen ijs belle conficiantur, tanto firmius alunt, quam oleum asparagi, quo ipsi sunt fructiores. Porro arborum ac fruticum germina inter se: quodammodo sunt similia, non tamen omnino eadem arborum cuius germina sunt lignosiora. Proinde de ipsis quoque seorsum nobis deinceps est dicendum.

De germinibus.
Arborum ac fruticum germina, olerum asparagis proportionem respondent. Sunt enim haec quoque productiones quaedam, cum planta ipsa fructum parat producere. In eo tamen differunt, quod arborum quidem stipites (qui cauli oleraceorum & herbaceorum proportionem responder) perpetuo manent illis autem caulibus est annuus. Omnia igitur arborum ac fruticum germina, aqua incocta mandari possunt, præter insuauia quaedam ac medicamentosa: cum tamen uulgo alijs cibis præstantioribus affluunt, illis abstinent, utescuntur tamen urgente fame. Nam nutriunt & ipsa aliquantulum confecta probe fuerint. Omnium autem præstantissima sunt, terebinthi, & uiticis, uitis, iunci, rubi, & canirubi germina. Nosstares autem terebinthi germina in aceto, uel mura condensantes reponunt.

De discrimine, quod partibus plantarum esculentarum inest.
Oportem uera esse, quæ Mnesitheus in opere de alimentis conscripsit. Vniuersalia enim præcepta, si uera sunt, multa paucis uerbis docent, quemadmodum, si falsa sunt, multum sunt perniciosa. Quæ igitur Mnesitheus de partibus plantarum in uniuersum precipit, hæc sunt: Primum igitur radices omnes concoctæ sunt difficiles, turbantque in se uerbi gratia, radice, allia, capra, rapa, & reliqua eiusdem generis. Quorum enim radix, seu quod intra terram provenit, est esculentum, omnia hæc inter ea, quæ concoctæ sunt difficilia, numerantur. Nam, cum radices, sursum omnibus plantarum partibus mittant alimentum, accidit ut humorem multum in se ipsis colligant, eumque crudum habeant plurimum: neque enim fieri potest, ut ipse totus sit concoctus, quando, quod coctum est, id perfectum esse uidetur. At qui humores qui radicibus inest, alibi in partes plâte distuburus coctionem perfectam acquirat, necesse est: partes enim omnes a radicibus alimentum recipiunt: necesse igitur est ibidem humores crudos accretari, quo loco coctionem absolutam, quæ fit in partibus supernis, expectant. Nô ab re igitur in radicibus plurimum humoris incocti continetur. Merito sane & corporibus nostris alienum ab ijs relinquitur humidam ac turbationis plenum. Hæc tibi Mnesitheus est sententia, quæ uerbis quidam uidetur probabilis, experientia autem falsa esse conuincitur. Si quidem radice radice habent e ule ipso ac folijs multo acriorem, similiter & capra, ampeloprastum, porrum, & allium. Quod si betæ quoque, & malis, & rapæ radicem comparare ad folia uolueris, plus uirium in ea inuenies: quæ admodum & in althea, quæ agrestis, quaedam malua esse uidetur. Nam radix ipsius, ut & betæ, cum tumores multos inflammatos discutiat, facultatem suam indicat, id quod ipsorum folia nequeunt efficere. Quin & plantarum medicamentosarum, quibus radices prædictis sunt similes, folia sunt imbecilliora, ut cyclamini, scilla, ari, dracontij, ac complurium aliorum. Vt enim in alijs plantis substantiæ pars maxima in caule est ac stipite, ita in ijs in radice: quam radicem ipsarum natura auget maxime, ac nutrit, & quod in ea probe confectum non fuerit, in folia & caulem excernit. Hæc igitur hyeme radicem habet magnam: uere autem, cum semetipsum parat producere, caulem proferunt. Videtur autem natura in animalibus quoque interdum totius substantiæ animalis excremento (quemadmodum & Aristoteles prodidit) ad partium quarundam non necessarium procreationem abutitur in ceruis quidam ad cornua, in alijs autem animalibus ad pilos ac spinas multas & magnas producendas. Tutius itaque est gustantem prius atque olfacientem, singulas plantarum partes ipsis per se explorare, post autem mandentem experiri. Quandoquidem olfactus ac gustus, cuiusmodi saporem ac odorem pars plantæ habeat, edocentes, cum ijs etiam temperamentum omne statim ostendunt. Experientia autem, si modo quis ipsam cum proprijs limitationibus fecerit, facultas ipsa plane inuenitur. Interdum etiam cum ijs, ipsius plantæ consistentia cum succo, qui ipsi inest, indicat. Quædam enim succum habent humidum quandam & aqueum, alie crassum uel lentum: quos etiam succos priuatim rursus gustare conueniet. Quidam enim ex ipsis sunt acres, aut acidi, aut amari, alij falsi: quemadmodum & quidam ipsorum sunt austeri, alij acerbis, alij aquei, aut dulces. Non est igitur audiendus Mnesitheus, tanquam uerum in uniuersum dicat, sed potius singulas plantarum partes, ipsas per se experientia examinaudæ.

De Rapi.
Huius plantæ (quam *rapa* aut *Euolida* appellat, licet) oleraceum quidem est, quod terra extat: radix autem, quæ terra continetur, dura quidem est, nisi coquatur, & non esculenta, aqua autem incocta, nulla plantarum congenerum minus nutrit. Hæc quoque uarie uulgo apparant, adeo, ut in mura uel aceto condensantes, in totum annum ipsa utantur. Succum autem in corpus distribuit mediocriter crassorem: proinde, si quis ipsa liberalius uescatur, succum crudum, quæ uocant, acerbabit, potissimum si ipsam minus uulgo in uentriculo confecerit. Quod uero ad uentrem attinet, nemo ipsam neque deijcere, neque sistere dixerit, præsertim cum cocta belle fuerit. Coctionem enim diuiniorem postulat: eaque est laudatissima, quæ cocta bis fuerit,

A fuerit, quemadmodum prius de eiusmodi preparatione docuimus. Quod si sumpta crudior fuerit, concoctum est difficilius ac flatulenta, stomachoque noxia. Non nunquam autem & uentrem mordicat,

De Ara.
Manditur & huius plantæ radix eodem modo, quo rapa. In quibusdam autem regionibus acrior quodammodo provenit, ut prope ad dracontij radicem accedat: & dum ipsam coquis, priore aqua effusa, in aliam calidam conuenit conijcere: quemadmodum in brassica ac lente diximus. Ad Cyrenæ autem plâta hæc a nostrate est diuersa. Nâ in illis locis arum minime est medicamentosum & acre, ut rapis etiam sit utilius: idcirco hanc quoque radicem in Italiam aduehunt, ut quæ longiori tempore imputris & sine germine possit perdurare. Perspicuum autem est, quod talis in cibo quidem est præstantior: si quis tamen humores crassos uel lètos in thorace & pulmonibus collectos uult uel eijcere, acrior ac medicamentosa magis, est præferenda. Manditur autem & aqua cum sinapi uel aceto incocta, cum oleo, & garo, atque etiam cum condimentis, quæ Græci *simulacra* nominant, saleque & ijs, quæ ex caseo parantur. Non obscurum etiam est, quod succus, qui ex ipsa in hepar & totum corpus distribuitur, ex quo animalia aluntur, crassior quodammodo est, quemadmodum de rapis diximus: potissimum cum radices ipsas qualitate medicamentosa fuerint expertes: cuiusmodi sunt, quæ Cyrenis afferunt. Quandoquidem apud nos in Asia arum magna ex parte est acrior, facultatemque habet iam medicamentosam.

De Draconio.
Huius quoque radicem bis terve elixantes, quoad medicamentosum omne deposuerit, non nunquam exhibemus mandendam, quemadmodum & ari, quando humores crassi & lenti, qui in thorace ac pulmonibus habentur, uel maiore indigent. Cômmane autem id in omnibus cibarijs memoria est tenendum, quod acria quidem & amara, si edantur, corpus parcius nutriunt: insipida autem & ijs adhuc magis dulcia, multum & multo magis, si compactam habeant substantiam, ut æque humida sint consistentia, neque crassa, neque laxa. Hæc certe si perpetuo memoria tenueris, & præterea attenderis, non singula quæ explorantur, dum elixantur, aut assantur, aut in sartagine parantur, suæ qualitate uehementia deponant, nihil erit, quod a me de omnibus speciatim audire desideres. sed (quod in alijs feci) ea potissimum exponam, quibus assidue uelsumur.

De Asphodelo.
Radix asphodeli & magnitudine & figura & amarore scilla radice quodammodo est similis: si tamen, ut lupini, paratur, maximam partem sui amaroris deponit: in eoque a scilla discrepat. Nam scillæ qualitas difficillime eluitur. Hesiodus certe asphodelum laudat, cum sic ait, Nec quanta in malua catque albucis sint bona, norunt. Equidem noui quosdam rusticos, qui grassante fame uix tandem compluribus elixationibus macerationibusque in aqua dulci esculentam ipsam reddiderint. Porro hæc quoque radix, quemadmodum & dracontij, facultatem habet tenuandi atque aperienti. Proinde quidam pro summo remedio ipsius asparagum ictero laborantibus exhibent.

De Bulbis.
Bulbi quoque eiusdem cum prædictis sunt generis. Manditur enim ipsorum radix sine folijs, uere autem interdum & asparagus facultatem autem habet in se amarum & austerum, eamque insignem. unde etiam stomachum exolutum, ad appetendum quodammodo excitat: & quanquam corporis substantiam habeat crassorem ac lentam magis, non tamen aduersatur ne ijs, quidem, qui ex thorace ac pulmonibus aliquid conantur expuere: sed, cum amaritudo ipsa si apte natura, crassa ac lenta incidat, crassitudo aduersatur, quemadmodum in commentarijs de medicamentis docuimus. Quapropter, si elixi bis fuerint, magis quidem nutriunt: uerum, cum amarorem omnem iam deposuerint, aduersantur ijs, quæ spuro sunt eijcienda. Melius autem tunc fuerit ipsos ex aceto, oleo, & garo mistis mandere: suauiores enim sic quidem sunt, & magis nutriunt, statimque magis expertes, ac concoctu faciliores. Quidam autem ex ipsorum est liberaliore semen sibi inuictum, seque, ad uenerem alacriores redditos mandeste senserunt. Vnde autem ipsos uulgo apparant: nam non modo in aqua elixos, ut dixi, mandant, uerum etiam patinas ex ipsis uarie condunt. Sunt, qui & frigos, alij aïfos super primas mandunt: uerum hi quidem diuiniorem elixationem non sustinent, sed exigua admodum sunt contenti. Quidam autem austeritate ipsorum atque amarore seruatis delectati, omnino non elixant: incitat enim ipsos magis ad cibum capessendum: iuuantur tamen, si duos aut tres dies ipsas, ut appetentiam excitantibus, ubi fuerint. Quod si ijs ita paratis largius utantur, & potissimum, si (ut solent) crudiores sumant, in cruditatem rursus incident. Sunt, qui statim etiam & tormina, nisi belle fuerint concocti, inferant. Ceterum alimentum, quod ex ijs ita mansis sit, non boni est succi: ex ijs autem, qui plurimum, aut, ut diximus, bis elixi fuerint, succus gignitur crassior quidem, uerum præstantior alioqui, & qui ualentius nutriat.

De Pastinaci, Dauco, & Caro.
Horum quoque radices manduntur, minus tamen quam rapa, & arum Cyrenaicum nutriunt. Cal faciat autem insigniter, & aromaticum quiddam ostentant: ceterum, quo modo & alijs radicibus conficiendi difficultas ipsis inest. Urinam autem euent, & si quis ipsis copiosius utatur, uiriosum succum mediocriter gignent. Cui tamen radix melioris est succi, quam pastinacæ. Quidam autem pastinacam agrestem, uocant daucum: qui urinam quidem mouet potentius, medicamentosior tamen iam est, multumque, si quis eo uesci uelit, est elixandus.

De Tuberibus.

Cap. 68.

E

Hæc quoque radices, aut bulbis sunt annumeranda, ut quæ nullam qualitatem habeant insignem, præterquam quod ipsi utuntur, utuntur ad condimenta excipienda, quemadmodum & alijs, quæ uocantur salipida, & innoxia, & ad gustum aquosa. Quibus omnibus est commune, ut alimentum, quod ab ipsis in corpus distribuitur, nullam insignem habeat facultatem, sed subfrigidum quidem sit, crassitie uero quale ad ipsum est, quod sumptum fuerit: crassius quidem est, quod ex tuberibus humidius autem ac tenuius, quod ex cucurbita, atque in alijs proportione.

De Fungis.

Cap. 69.

EX fungus boleti, si belle in aqua elixi fuerint, prope accedunt ad cibos insipidos; non tamen sic solis ipsis uulgo utuntur, sed apparant uarie, & condiunt, ut alia omnia, quæ nulla insigni qualitate sunt prædita. Alimentum autem ex ipsis est pituitosum, & frigidum, idelicet, prauis; est succi, si quis ipsis largus utatur. Omnium igitur fungorum in minimum sunt noxij; secundi autem post hos sunt amantia. Reliquos uero tutius est omnino ac attingere quidem: multi enim ex ipsorum esu interierunt. Equidem noui quendam, cui post boletorum non satis elixorum (qui innocentissimi esse putantur) usum largiorem, os uentriculi pressum ac grauatum coarctatumque fuit, difficilemque; habuit respirationem, & in animi deliquium incidit, sudoræque; frigidum sudauit, ac demum seruari ægre, sumptis ipsis, quæ humores, crassos incidunt, potuit: cuius generis est oxymeli ipsum per se, & cum hyssopo & origano ipsi mediocriter incoctis. Is enim tum hoc a quodam accepit, tum niri spumam ipsis insperfam: post quæ fungos, quos comederat, uomit, qui iam quodammodo in succum pituitosum, frigidumque; admodum ac crassum erant mutati.

De Radicula.

Cap. 70.

VRBANI quidem homines solam ipsam crudam ut plurimum, ante alios sane cibos cum garo alui deiecienda gratia mandunt, quidam autem aceti quidpiam admiscunt: Rustici uero cum pane sæpenumero uescantur, ut alijs obsonijs, quæ sua sponte proueniunt: in quibus est origanum uiride, & cardamum, thymus, saurcia, pulegium, serpillum, menta, calaminthe, pyrethrum, & eruca. Omnia enim hæc uiridia, obsonia sunt esculenta, mandunturque cum alimentis, suntque; ex genere plantarum herbariarum. Radiculae autem caulem etiam ac folia mandunt, sed coacti potius, quam uoluntarij. Radix tamen ex ipsis est, quibus assidue uescimur, estque obsonium magis, quam alimentum: nimirum quæ & ipsa cum manifesta castigatione attingendi habet facultatem. Nam qualiras acris in ipsa superat. Vere autem caulem quandam, qui in altum assurgit, gignere consuevit, quemadmodum & alia omnia, quæ caulem sunt productura: quem caulem elixantes mandunt cum oleo & garo & aceto, ut rapæ caulem, ac sinapi, & lactuæ: nati itque magis caulis iste, quam cruda radícula, ut qui in aqua acrimoniam omnem deponat: paucissimum tamen & ipse habet alimentum. Quidam autem non caulem modo, sed & radículas ipsas elixantes mandunt non aliter, ac rapas: mirarique subit eos medicos, atque idiotas, qui post coenam, coctionis iuuanda gratia, crudas ipsas esitant, ipsi quidem hanc rem experientia satis sibi exploratam esse affirmant, qui tamen ipsos sunt imitati, omnes læsi fuerunt.

De Capis, Alijs, Porris, & Ampeloprasis.

Cap. 71.

HAEC quoque plantarum radices quidem uulgo frequentissime esitant, caulem autem raro, & folia, quæ & ipsa proportione radicum acrem admodum habent facultatem. Corpus calfaciunt, & qui in ipso sunt, humores crassos tenuant, lentosque incidunt. Si tamen bis uerue fuerint elixa, acrimoniam quidem deponunt, tenuant tamen adhuc, & alimentum corpori dant paucissimum, quod certe prius, quam elixa essent, omnino non dabant. Ceterum allium quidem mandunt, non ut obsonium, sed ut salubre medicamentum, quod digerendi, & obstructions apericendi habet facultatem. Quod si elixum paulum fuerit, adeo ut acrimoniam deposuerit, uires quidem habet imbecilliores, succi autem prauitatem non amplius retinet. Quemadmodum nec porra quidem, nec capæ, cum elixa his fuerint. Ampeloprasa uero tantum a porris diffident, quantum in alijs omnibus congeneribus agrestia a domesticis differunt. Quidam autem in totum annum sequentem, ut capas aceto condientes, sic & ampeloprasa reponunt, suntque in cibo præstantiora, ac mirus habent uiriosi succi. Abstinentium tamen ab assiduo usu omnium acrum, & potissimum cuius, qui ipsis uescitur, natura fuerit biliosus. Solis enim, qui uel succum pituitosum, uel crudum & crassum ac lentum accretuarint, cibi eiusmodi sunt accommodati.

Trat. de alimentis
Crib. 2. colle.
24. l. non cal-
facias.
A. l. 2. l. 1. c.
771.

A. l. 2. l. 7. c.
145.

GAL. DE ALIMENTORVM FACVLTA TIBVS

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De alimentis, quæ ex animalibus parantur, ac postremo de melle, de uino, de sale condiendis, ac medijs edulijis pertractat.

Propositura libri.

Cap. 1.



ELIXVM autem fuerit, de alimento, quod ab animalibus sumitur pertractat, re, quod non paucas habet facultatum differentias, tum in partibus, tum in quibusdam, quæ in partibus ipsis continentur, aut generantur: cuius generis sunt oua, lac, caseus, buriyum, & sanguis.

De alimento, quod a gressilibus animalibus sumitur. Cap. 2.

PARRES animalium omnes non eadē facultate sunt prædita: sed carnes quidem, cum probe concoctæ fuerint, optimum gignunt sanguinem, & potissimum, si ex animalium boni succi fuerint, cuiusmodi est suum genus: nam partes neruose in se sunt pituitosiores. Omnium itaque ciborum, suum caro porentissime nutrit. Cuius rei athletæ certissimum tibi præbent indicium. Si enim paribus exercitationibus parem molem alterius cibi diem unum comederint, postero die statim sentient sese redditos imbecilliores. Quod si pluribus deinceps diebus id fecerint, non imbecilliores mouent, acrum etiam alimenti penuria macilentiores palam conspiciuntur. Idem etiam de eo, quod dicimus, pores in pueris, qui in palastra sese exercent expectari, & in alijs, qui quamlibet actionem forem ac uehementem (cuiusmodi est fodientium) obeunt. Porro carnes bubulæ alimentum quidem & ipsæ corpori suggerunt non mediocriter, neque dissipari facile: sunt uero tamen generant, quam conueniat, crassiores. Quod si quis temperamento naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehendatur, si largius his uescatur. Affectus autem melancholici sunt, cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine, melancholia, nominatur. Lien autem quibusdam a tali succo intumuit: quam rem *καρζαία*, id est prauus habitus, & hydropes sæpenumero sunt consecuti. Ceterum, quantum carnes bubulæ totius suæ substantiæ crassitie suillam superant, tanto suillæ bubulæ lentore antecedunt. Ceterum ex suum carnibus, hominibus quidem ætate florentibus, fortibus, & qui sese multum exercent, suum ætate florentium carnes ad coquendum sunt præstantiores, quam bubulæ: alijs uero suum adhuc inerescentium. Porro, quemadmodum ex suibus, qui ætate sunt florenti, ijs iuuenibus, qui bono corporis sunt habitu, conueniunt, sic & boum, qui nondum florentem ætatem attigerunt. Bos, a temperamento est, quam sus, multo faciliore: quemadmodum & uir ætate florens, quam puer. Iure igitur ijs animalibus, quæ natura temperamento sunt sicciores, adolefcentis ætas ad mediocritatem ipsam confert: humidiorum uero natura, quod sibi ad probam ac conuenientem temperiem deest, ab ætate florenti assumit. Non modo itaque uituli carnes habent ad conficiendum perfectis bobus præstantiores, sed etiam hædi capris. Capra namque temperamento minus, quam bos, est sicca: si tamen homini & sui comparatur, multum superat. Suillæ autem carnis similitudinem cum humana ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes humanas pro suillis sine ulla in gustu uel olfactu suspitione comederunt: ad enim ab improbis hospitijs, & alijs quibusdam factum fuisse iam comperit. Merito igitur porcelli alimentum nobis præbent tanto magnis suibus excrementotius, quanto ipsi sunt humidiores: merito minus etiam nuuant. Nam alimentum humidius, ut distribuitur, ita etiam discutitur celerius. Ceterum agni carnem habent humidissimam ac pituitosam: Ouis uero excrementotiosior est, ac succi deterioris. Caprarum quoque caro præter succum uiriosum, acrimoniam etiam habet. Hircorum autem tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum est deterrima: hanc sequitur, acietum: post, aurorum. Porro in ijs omnibus carnes castratorum sunt præstantiores: seruum autem pessima: tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum, tum ad nutriendum: quæ admodum & sues ipsi, qui quanquam temperamento sunt humidi, cum tamen iam senuerint, carnem habent non nunquam siccam, ac concoctu difficilem. Ad hæc caro leporum sanguinem quidem gignit crassiores, sed melioris succi, quam bubulæ & ouilla. Cervina autem non minus ijs succum uiriosum generat, ac concoctu difficilem. His agrestium asinorum bene habitorum ac iuuenū caro est propinquior. Sunt tamen, qui & asinorum domesticorum, ubi senuerint, carnes mandant, quæ pessimi sunt succi, ac concoctu difficillima, stomachoque lædunt: & præterea inter edendum sunt insuaues, quemadmodum equorum ac camelorum carnes, quibus & ipsis homines animo & corpore assumi ac camelini uescuntur. Sunt, qui & mris, & ijs adhuc deterioribus, leonibus, ac pardis uescantur, semel aut bis elixantes. Quid autem sit bis elixare, dictum nobis ante fuit. Quid iam loquar de canibus (quos & ipsos iuuenes ac pingues, & potissimum cum fuerint castrati, apud quosdam gentes frequentissime mandunt) cum multa sunt,

QUARTA CLASSIS.

D 4

qui

qui pantheris, ut & asinis bene habitis, cuiusmodi sunt agrestes, uescantur. Hæc quidem non manduntur modo, sed a quibusdam etiam medicis laudantur. Vulpium autem carnibus autumno uenatores apud nos uescuntur, tunc enim uarum est pinguescunt. Porro animalia omnia, quibus alimenta propria asatum suppetant, longe seipis in cibo euadunt præstantiora, quemadmodum deteriora sunt, quibus ea minus adsunt. Præterea, quæ herbas e terra emergentes, aut arborum surculos, aut germina depascuntur, ea omnia, cum his abundans, habilitiora sunt, ac pinguis, nobisq; alendis accommodatiora: quemadmodum contra, quibus herbas altiores pasci est naturale, hyeme, uere primo ac medio sunt graciliora, ac praua succi: ut boues, qui procedente tempore manifesto fiunt obefiores, succiq; melioris, cum herbae augentur, ac densescunt, & ad semen producendum festinant. Quæ uero animalia humili herba nutriti queunt, ea primo ac medio uere sunt præstantiora, ut oves: astate autem prima ac media capra, cum scilicet fruticem germina (quibus caprae uesci solent) sunt frequentissima. Cum igitur hæc animalium species inter se comparantem audieris, dictum meum experientia examina, ac diiudica, atque expende, non animal, quod bene nutritum fuerit ac pingue, gracili ac penuria alimenti extenuato comparans, neque adolefcens senex (iniquum enim ac malum est id iudicium) sed quod in unaquaque specie ac genere, aut quocumque modo appellare uelis, optime est dispositum, alteri, quod sit eiusmodi, conferens. Non igitur amplius opus erit pluribus exequi animalia omnia, quæ apud singulas gentes proprie nascuntur: cuius generis est in Iberia animalculum, quod lepore est simile, quodq; canaliculum nominant: in Lucania autem Italia regione, quod inter ursum ac litem quodammodo est medium: ceu aliud quoddam inter agrestes mures, & quos glites nominant, est medium, quod in eadem Italia regione, & alijs plerisque locis manditur. Quæ enim ex eiusmodi animalibus bene sunt nutrita, ac plane pinguis, ea, experientia explorata, præparandorum ipsorum rationem, quam incolæ experientia didicerunt, ab ipsis audiens, ac dicens. Qualis autem singularum præparationum sit facultas, iam a nobis dicas, licet. Quæ namque assantes, aut in sartagine frigentes mandunt, ea corpori siccius dant alimentum: quæ uero in aqua præcoquantur, humidius: quæ in patinis conduntur, inter hæc media sunt, quanquam & illa ipsa pro modo condituras, inter se multum discrepant. Siquidem, quæ nimium, aut garum habent copiosum, ea sunt alijs, quæ ea non habent, sicciora: rursus, quæ exiguum quidem illorum portionem, aut saporem (quam heptema quidam nuncupant) ampliore habent, aut in simplici, ac plebeio, alboq; appellato iure elixantur, ea prædictis longe sunt humidiora: quæ autem in sola aqua coquantur, ijs quoque adhuc sunt humidiora. Maximum præterea in præparatione discrimen accidit pro eorum, quæ in ijs inieciuntur, facultate, ut cum omnia siccantur quidem, sed alia magis, alia minus. Sunt porro hæc, ex seminibus quidem anethum, apium, carum, lybisticum, cuminum, & alia quædam id genus: ex plantis uero ipsis portum, capra, anethum, thymus, satyria, pulegium, mentha odorata, origanum, & alia huiusmodi ad obsonationem pertinentia, de qua nunc disserere non est propositum. Quemadmodum autem modo præcepimus, cum animalium differentia inquiratur, quæ optimo sunt habitu, esse comparanda, ita nunc quoque, quæ pulcherrime sunt præparata, conferantur. Hæc itaq; de pedestrium animalium carne audiuisse sufficiat: de aliarum autem partium facultate deinceps, cum sermonem de limacibus absoluerimus, sumus tractaturi.

De Limacibus.

Cap. 3.

Perispermium quidem est, quod neque inter uolatilia, neque inter aquatilia hoc animal est numerandum. Quod si inter pedestria ipsius non meminimus, nihil proorsus de limacium alimento dicitur sumus: quod iniquum fuerit silentio prætermittere, quemadmodum uermes, qui in lignis nascuntur, uiperas, aliosq; serpentes, quibus in Aegypto, & apud alias quasdam gentes uescuntur. Neque enim illorum quilibet hæc nostra lecturus est: neque nos, quæ apud illos sunt esculenta, unquam comedimus. Limaces uero Græci omnes quotidie mandunt, carnem quidem duram habentes, eoque concoctum difficilem, sed quæ confecta, potenterissime nutriat. Succus autem ipsis inest, qui uentrem subducit, quemadmodum & ijs, quibus testa pro cute est. Quapropter quidam oleo, garo, uinoq; ipsas condientes, eo in seculo ad aluum deijciendam utuntur. Quod si huius animalis carne, ac cibo solo esculentis, uti uelis, ubi prius in aqua elixaris, in aliam aquam transferas, in qua rursus elixabis, tum demum condies, ac tertio elixabis, usque dum caro tota intabescat. Hoc enim modo præparata aluum quidem fistet, sed alimentum corpori dabit non contemnendum.

De animalium pedestrium partibus excarnibus.

Cap. 4.

Pedestrium animalium partes excarnes homines mandunt, pedes, rostra, & aures: easq; ut plurimum in aqua elixas mandunt cum aceto & garo: non nunquam autem & sinapi: quidam autem ex oleo & garo, uinum assidentes: sunt, qui cum oleribus, aut in aqua elixis, aut in patinis conditis. Porcellorum autem pedes pitane elixi in æthi, aptissimi sunt, tum ut illam meliorem efficiant, tum ut ipsi molliores reddantur, & ob id ad elaborationem, quæ in ore fit ac uentriculo, meliores. Non parua tamen est & in præparationis modo differentia, non modo in partibus animalium excarnibus, sed in alijs etiam omnibus: quam fusius in opere de arte obsonandi explicabimus. In hoc autem opere, tantum uniuersales partium ipsarum differentias exponimus, ipsas inter se (ut diximus) ita comparantes, ut si omnes ad eundem modum paratæ essent: iusta enim est hæc comparatio. Partes igitur corporis extremæ, ut pinguedinis, in substantiæ carnosæ habet minimum. Nervosa enim ac cutanea natura in ipsis præpoller:

† A Græcis libris abest, nō. neque habet Oris. 2. coll. 29.

Præpoller: si non tamen tales hi nervi cutisue sunt, quales in reliquo sunt corpore: nam in excarnibus magis sunt exercitata, eoque etiam magis lenta. Etenim necus omnis ac cutis, dum elixantur, ad liquescendum naturam debentur. Quare merito corpus quid minus alunt, ob lentorem tamen per aluum facilius deijciunt. Meliores autem sunt sui pedes, quam rostra, quemadmodum hoc auribus est præstantius. Hæc, non constant sola cute ac cartilagine. Cartilago porro in perfectis quidem animalibus omnino confici non potest, in ijs uero, quæ adhuc augetur, si in ore bene læuigata, & in uentriculo confecta fuerit, paucum alimentum corpori dabit. Eadem autem est eius, quod dicimus, in alijs animalibus proportio. Quanto enim eorum carnes alimenti bonitate, suilla sunt inferiores, tanto illorum partes excarnes partibus suum excarnibus sunt deteriores. Ceterum illud nequaquam arbitror quenquam latere, quod partes nervosæ uocæ eas, quæ pedibus insunt, ad similitudinem eius, qui proprie nervus nominatur, quicq; ex cerebro ac spinali medulla originem ducit. Quæ autem in partibus excarnibus nervosæ sunt corpora, ad similitudinem quidem ita nominantur. Sunt autem ossium ligamenta, sensus expertia, & præterea tendones quidam.

De animalium pedestrium Linguis.

Cap. 5.

Peccularis quædam huic parti inest substantia: carnem enim habet fungosioram, ac sanguineam magis. Musculi, n. carnes sunt exactæ, & potissimum ipsorum partes medietatem uncti in suis ipsorum finibus in magnos tendones desinunt, quos plerique medicorum aponeuroses musculorum nominant: quos longe maximos musculi generant, qui ad artuum fines pertinent. Quin & musculi quidam capra habent nervosa: & ipsius linguæ, quam coci e suis eximentes elixant, corpus quidem proprium, ea ro quædam est fungosa, uti diximus: non tamen eam eximunt solam, neque elixant, sed simul cum musculis, qui in ipsam inseruntur, ut plurimum uero etiam cum epiglottide, & larynge, & glandulis, quæ illis sunt, tum ijs, quæ linguæ sunt propria, saluamq; generant, tum ijs, quæ sunt ad parillimia ac laryngem. Præterea uena & arteria & nervi, linguæ cum alijs carnibus sunt communia: illa una cum carnibus manduntur, nisi quod in hac particula tria hæc uasorum genera plura sunt ac maiora, quam proportione magnitudinis. Quæ porro facultas sit alimenti, quod a glandulis corporibus sumitur, deinceps audito.

De Glandulis.

Cap. 6.

A. l. 2. c. 2. c. 145.

Quantum lingua a carnis substantia, tantum glandulæ a linguæ substantia recesserunt: non tamen omnes æquali omnino ab ea distant intervallo. Sed, quæ illi adiacent ac contingunt, ijs quæ distant sunt similes, quæ in mammis habentur, quando saltem ex lacte nodum referat fuerint. Nō enim glandulæ mamillares perpetuo suo munere funguntur, ut cum aliæ propemodum omnes, tum autem, quæ sunt ad linguam. Natura enim eas linguæ comparauit ad salutem generandam: mamillares uero post lætum conceptum sunt rare ac laxæ, & lacte plenæ. At, quo tempore lacte carent, contrahuntur ac densantur, tantum a seipsis differentes, quantum permadidit spongiæ dicitur τὸν σκελετὸν τοῦ σώματος: sic enim spongiæ appellantur a quibus cum humore omnem expresserim, circidatis uinculis ipsas constringunt, totumq; ipsarum corpus cogunt. Sunt autem & circa laryngem ac pharyngem huiusmodi glandulæ, sicut & in mesenterio: uerum hæc quidem sunt exiles, eoque uulgus ipsum latent. Quæ uero sunt ad parillimia ac laryngem, magnæ sunt ac conspicuæ. Sunt & altæ exiguæ in multis corporis partibus, uasorum diuisiones firmantes ac fulciantes. At glandula illa, cui thymo nomen est, haudquaquam est exigua, sed in nuper natis animalibus est quàm maxima, in crescentibus autem illis ipsa decrescit. Omnibus autem ipsis illud est commune, ut suaves in cibo ac friabiles appareant: mamillares uero, cum lac habent, de ipsis etiam dulcedine quidpiam præseferunt. Quapropter hæc glandulæ, cum lacte sunt plenæ, summopere a galosis expectantur, præcipue suilla. Alimentum autem, quod ex ijs probe quidem in uentriculo concoctis, prouenit, prope sane ad carniæ alimentum accedit: Quod si minus, quàm sat est, sine confecta, succum crudum, aut pinitosum generant, humidiores quidem pituitosum: diuiores uero erudum: de quo ante diximus. Testes autem, cum ex genere sint glandulæ un, non perinde tamen laudabiles sunt succi, ut mamillares: sed habent uicosum quiddam, seminis, quod generant, naturam referentes, ceu renes, uina. Atque etiam animalium gressilium testes ad coquendum longe sunt difficiliore. Nam gallorum gallinaceorum altilium testes & suauissimi sunt, & laudabile corpori præbent alimentum. Glandulæ item collo uesciæ adiacentes, prope ad restium naturam accedunt. Sunt, qui renes quoque inter glandulas antimerentur: hinc quoque glandulosum quiddam habere ipsis uidentur: uerum praua admodum sunt succi, & concoctu difficiles, ut adultiorum animalium testes, cum exetios ipsas mandunt: iuniorum, n. sunt præstantiores. Tauroium autem, & hircorum, & arietum insuaves sunt, ac ad coquendum difficiles, & mali succi.

De testibus.

Cap. 7.

Iuuenibus suis ac bubus apud nos testes execant, sed propter usum diuersum. Nam suum quidem testes cibi causa secantur: suum enim castratorum caro suauior fit, & plenioris alimentis, & ad coquendum facilior: bouum uero, ut ad agriculturam sunt meliores: tauri enim non facile ab hominibus domantur: Caprae autem & oues propter utrumque usum castrantur. Porro omnes memoratorum animalium testes ad coquendum sunt difficiles, ac mali succi: nutriunt tamen si belle conficiantur, alij magis, alij minus pro ea proportione, quam in carnibus iuallè diximus. Nam, quanto suum caro alijs est præstantior,

multis lacti admiscentes mandunt, multorum facultas aliquam ex lactis facultatibus augetur, aut iun-
niet. Nunc autem ipsius facultate desinamus, illud boni esse succi & multum alimentum statuentes, quod ex
contrariis substantiis ac facultatibus est conflatum, subducendi scilicet ac sustendi, obstruendiq; ac re-
nuandi. Quod namque genus serosum est, succos crassos tenuat, & aluum subducit, quod uero caseosum
est, aluum litur, & succos crassos gignit ex quibus, ut diximus, in hepate obstructions, & in renibus
calculi oriuntur. Nocet autem ipsius usus assiduus dentibus, & circumdatis carnibus, quas gingiuas
calculi nominant. Has enim, humiditas: dentes uero putrefactioni & erosioni admodum obnoxios reddit. Sum-
pro igitur lacte, os uino diluere conueniet: satius autem fuerit, si mellis etiam quodpiam ipsi inie-
ceris. Ita namque omne caseosum, quod ex lacte dentibus ac gingiuis circumfixum fuerit, abstergetur.
Quod si etiam ctripiam tam robustum sit caput, ut uini meri collutione non offendatur, melius is denti-
bus & gingiuis consulerit: ueruntamen & mel uino permistum, misturam ex utroque reddit meliorē.
Illud uero dentium incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fuerit praesidium, si quis post sum-
ptum ipsum, primo, melicrato, deinde uino adstringente, os colluat.

De oxygalacte, id est acido lacte.

Cap. 16.

Oxygala autem, quod uocatur, dentes quidem, qui saltem secundum naturam habeant, nihil offen-
dit, qui uero aut ob naturalem intemperiem, aut adscititium quempiam affectum, iusto sunt frigi-
diores, hi soli, ut ab aliorum frigidiorum occurrentia, ita ab hoc quoque offenduntur: acciditq; ijs nonnun-
quam symptoma, quod stuporem nominant, quale post esum mororum immaurorum, & aliorum om-
nium acerbiorum & acidiorum euenire consuevit. Illud item perspicuum est, quod uentriculus, qui quauis
de causa est frigidior, oxygala non belle conficit: temperatus uero, quauis aegre, conficit tamen aliqua-
tum. Contra uentriculi iusto calidiores, siue ab initio tales fuerint, siue a quapiam causa postea in eam
temperiem sint adducti, praeterquam quod nihil ab huiusmodi edulsijs laeduntur, commodo etiam ali-
quo fruantur. Quin hi quoque oxygala ipsam circumdara siue prius refrigeratum, indolenter ferunt,
quemadmodum & alia pleraque id genus edulia, atque adeo aquam ipsam siue sic preparatam. Quo-
circa admirari sibi plerisque Medicos, qui de singulis edulsijs pronuntiant, hoc quidem nobis esse
utile, aliud uero noxium: praeterea ad coquendum facile, aut difficile: mali succi esse, aut boni: multi,
aut pauci esse alimenti: stomacho conuenire, aut aduersari: aluum ducere, aut sistere: aut aliam quauis
uirtutem, uirtutem obtinere. De quibusdam certe licet pronuntiare, hoc quoddam edulium omnibus
hominibus prauum esse succi, aut ad coquendum difficile, aut stomacho noxium: de plurimis tamen fieri
non potest, ut unico edicto citra ullam distinctionem uere pronunties. Ceterum, cum necessario lon-
ga futura esset oratio, si in singulis edulsijs, tam naturalium temperamentorum, quam acquisitionum affe-
ctuum distinctiones adscripsissemus, satius fore existimauimus (quemadmodum in primo horum co-
mentariorum fecimus) ab initio uniuersalem quidem totius doctrinae methodum ostendere: post autem
in particularibus non nunquam eam ad memoriam reuocare, praesertim in ijs, quae non simplicis sunt
naturae, quale utique est lac, de quo nunc agimus: quod, tamen si sensu quidem similem apparet, ex di-
ueris tamen substantiis ac facultatibus est compositum. Huic namque, etiam si opportunum fuerit, pro di-
uersa tamen uentriculorum natura accidit, ut interdum quidem in hoc acescat: alias uero fumosum
ac nidorulentum ructum in altero sursum emittat: etenim contrarij sunt affectus, secundum quos, quod
in uentriculo non fuit coctum, acidum aut fumosum euadit. Si quidem caloris inopia in acorem, eiusdem
autem excessus, in nidorem ac fumum uerit. Quae duo lacti eueniunt, quia in se non modo serosam na-
turam, uerum etiam pinguem & caseosam continet. Hac certe de causa oxygala quidem, si in uentri-
culo non coquatur, nunquam in nidorem ueritur, potissimum, si in biliosissimum ac feruentissimum uen-
triculum incidit. Neque enim amplius calidam acremque qualitatem ac facultatem retinet, quam
lac a sero habet: neque pinguem & mediocriter calidam, quam lac a pinguedine, quae sibi inest, posside-
bat. In huiusmodi enim preparatione, sola relinquitur caseosa substantia, eaq; ipsa non eiusdem
naturae, cuius ab initio fuit, sed ad frigidius conuersa. Itaque de oxygalacte dixisse suffecerit, quod frigidum
est, ac crassi succi. Haec enim sequitur, ut ipsum non facile a corpore mediae temperaturae conficiatur: ad
eam enim in omnibus meis operibus, cum aliquid simpliciter pronuntio, saepe iam monui id esse refe-
rendum. Quinetiam succum crudum, quem uocant (cuius naturam tum prius alibi exposui, tum etiam
in libro superiore de eo disserui) consentaneum est ab illiusmodi cibis abunde generari. Non ab re autem
edulium hoc calidissimis uentriculis est utile, quemadmodum frigidioribus aduersissimum. Id tamen in
singulis cibarijs non conuenit adscribere, sed in quibusdam meminisse suffecerit, quod succus eiusmodi,
qualis ex oxygalacte, caseo, & omnibus crassi succi edulsijs prouenit, calculos in renibus solet gigne-
re, cum hi calidiores iusto fuerint, siue ob naturalem intemperiem, siue ob alium quendam affectum ipsis
postea innatum, non tamen pro caloris modo, meatuum transitus latos habeant. Corporum enim co-
structions, quae morbis maxime sunt obnoxiae, ex partibus contrarij temperamentum componuntur: aut
uerbi gratia, si uentriculus admodum sit calidus, cerebrum autem frigidum, pari modo & pulmo ali-
quando, ac totus thorax frigidus est, uentriculus autem calidus. Frequenter uero contra euenit, ut om-
nia alia scilicet aequo sint calidiora: solus autem uentriculus frigidior sit, hepar uero calidius: atque in
alijs partibus similiter. Quapropter initio etiam monuimus utilissimam esse doctrinam, quae de facul-
tatibus, quae alimentis insunt, tradit, cum eas differentias explicat, quae in humiditate spectantur, &
siccitate,

Auicitate, & caliditate, & frigiditate: praeterea substantia: ipsorum lentore, aut crassitie: ad haec, quod aut
similare est, de quo agetur, uel ex partibus temperamento contrarijs compositum, cuius generis est lac.
Ad horum porro dignotionem diximus manu duci, cum per olfactum ac gustum, tum per alia sympto-
mata, de quibus in operis huius initio disserui: uti nunc quoque in lacte eius naturam ostendi ex ijs sym-
ptomatibus, quae ei accidunt, cum aut calescit, aut coagulo cogitur, aut alio quouis modo partes ipsius
secedunt: etenim uel citra coagulum scissio, quam uocant, id efficit, cum lacti abunde calido oxymel
frigidam instillamus. Idem etiam nullo efficitur. Interdum etiam citra ullam liquoris instillationem,
uale frigidissimam aquam continente in lac demisso, ipsum scindimus. Praeterea sine coagulo id lac,
quod post editum foetum emulsum fuerit, protinus concreuit, si super cineres calidos parumper cale-
fiat: uidenturq; ueteres Comici lac ita coactum, pyriastem appellasse. In Asia autem apud nos pyrie-
platum ipsum nominant. Id quidem lac omnino ab alia substantia est purum. Cum autem melle ipsi
admixto per coagulum cogunt, hoc quidem opere, quod in eo est tenue & aquosum, separatur. Qui-
dam autem ex ipsis duntaxat, quod coactum est, mandunt: quod partim ex caseosa lactis substantia, partim
ex calida atque ignea coaguli facultate, partim ex melle ipsis admixto est compositum: alij uero unam
cum eo, quod concreuit, serum quoque transglutiant, idque aut pariter totum cum toto, aut alterum al-
tero copiosius, acciduntq; ut alijs quidem largius, alijs uero minus aliud subducatur, proportionem quae-
ritatis serosi humoris. Perspicuum praeterea est, quod eorum corpus, qui solum, id quod concretum est,
comederint, amplius nutritur: minus uero eorum, qui unam cum ipso serosi humoris quidpiam transglu-
terint: & multo adhaec minus eorum, qui eius quidem, quod coactum est, partem: serosi autem humoris
plurimum hauserint. Simili modo & in eo, quod a partu, siue cum melle, siue absque eo coijt, non parum
differentiam inuenies. Cum enim mel non accepit, ad coquendum est difficilius, & succi crassioris: pra-
terea per aluum tardius secedit: utrumque tamen corpus abunde nutrit. Haec de lactis facultate nouisse
in praesenti opere suffecerit. Eius namque utilitates, quas in morbis praestat, ijs, qui quauis ex causa ta-
be laborant, aut alius habent in pulmone, proprie ad medendi rationem pertinent.

De caseo.

Cap. 17.

De casei quidem facultate iam diximus, cum de lacte sermonem faceremus, satius tamen fuerit nunc
druclum particulatim de eo tractare. Nam dum paratur, assinit ab injecto coagulo acrimoniam,
humiditatemq; omnem deponit, & potissimum, si inueterarit: tum enim quam prius, acrior euadit, &
manifeste calidior redditur, atque ardentior: ob id ipsum siticulosior, & ad coquendum difficilior, &
peioris succi efficitur. Qua de causa nec id ipsum, quod crassus cibus acres ac tenuantes facultates ad-
mittas habentibus inest commodi, caseus citra noxam possidet. Maior enim noxa ex succi ipsius prauitate,
& ardenti calore accidit, quam crassorum tenuatio conferre queat: quando ad calculorum in re-
nibus procreationem hic succus non minus est noxius. Ostendimus enim calculos in illis corporibus
nasci, in quibus succorum crassities cum ardenti calore est coniuncta. Fugiendus igitur est eiusmodi ca-
seus, ut qui nihil conferat neque ad coctionem, neque ad distributionem, neque ad mouendam urinam,
neque ad uentris deiectionem, ceu utique nec ad succi probitatem. Deinceps autem malus quidem;
sed praedicto minus est putandus, qui neque est uetus, neque acris. Omnium autem caseorum recen-
tium is est praestantissimus: qualis apud nos Pergami, & in Mysia, quae est supra Perganum, fit, qui ab
incolis oxygalactinus appellatur, suauissimus quidem in cibo, stomacho autem minimum noxius, alijq;
omnibus caseis concoctu transituq; facillior, succum habens non nitiosum, neque usque adeo crassum:
quod uitium omnium caseorum est commune. Praestantissimus etiam est is, qui Romae apud diuites ce-
lebratur, *halis* appellantur: & praeterea alij quidam in alijs regionibus. Cum autem singulatum permagna
sit in ipsis differentia, tum pro animalium natura, tum pro preparandi modis, & praeterea ipsorum ca-
seorum aetate, conabimur hoc in loco ipsorum facultatem paucis scopis circumseribere, quibus quis
intentus meliorem a deteriore facillime discernet. Scopij quidem in genere sunt duo, quorum alter in
detera substantia casei consistentia uersatur, secundum quam mollior est aut durior, densior aut laxior,
glutiniosior aut friabilior: Alter in gustabili qualitate consistit, secundum quam in quibusdam ipsorum acor su-
perat, in alijs acrimonia, aut pinguitudo, aut dulcedo, aut aliud quidpiam id genus, aut omnium est uelut
aequalitas. Porro secundum speciales differentias praedictorum generum, mollior quidem duriore est praestā-
tior: rarus uero ac laxus, densio admodum ac compacto. Is uero cum glutinosus ualde, & is, qui ad asperitatem
usque est friabilis, sit uirtuosior, praestantior est, qui inter hos duos est medius. Quod autem ad ea dignotionem,
quae sit gustu, pertinet, is omnium est praestantissimus, qui nullam uehementem habet qualitatem, sed dulcedo-
habet supra alias partem eminentem. Suauis ite in suauis est praestantior: & mediocriter salutus, eo, qui est per-
multum, & eo, qui omnino salis est expertus. Postea tamen, quam caseum sic examinatum sumptis, licebit
et ex ructu cognoscere, qualis inter caseos sit melior, aut deterior. Cuius namque qualitas paulatim
marefcit, praestantior: cuius contra perdurat, non bonus. Iste enim perspicue aegre mutatur, atque al-
teratur, & ob id ipsum aegre conficitur. Omnium enim qualitatum, quarum ante meminimus, alteratio:
necessario sequitur alimentorum coctionem.

De pedeserium animalium sanguine.

Cap. 18.

Sanguis [omnis] ad coquendum est difficilis, praecipue crassus, & melancholicus, qualis est bubulus:
Leporinus autem, ut suauissimus, celebratur, multumque ipsum cum iecore solent elixare: quidam autem
cum

eum alijs etiam uisceribus. Sunt, qui sumi quoque inuicem edant, ceu alij etiam grandiorum, cum castrati fuerint. Aprorum uero nemo ne gustare quidem tentauerit propterea, quod insuauis est, & ad coquendum difficilis. Homerus quoque caprarum sanguinem in cibo iucundum esse non ignorauit.

De alimentis, quod a uolucris animalibus sumitur.

Cap. 19.

Veteres omnes animalia uolucris ac bipeda, *ἑρπύλλας* nominabant: nunc autem apud Græcos consuetudo inualuit, ut, quas illi *ἀνακτιρίδας*, id est gallinas uocabant, nunc solas eas *ἑρπύλλας* appellent, quem admodum & masculos ipsos *ἀνακτιρίδας*. Auium porro omnium uolucris genus, paucissimum præstat alimentum, si ad genus gressiliu conferatur, potissimum, si ad suillam, qua non aliud inuenias, quod copiosior sit nutrimenti: uolucris tamen caro ad coquendum est facilior, præcipue perdicis, aragenis, columbae, galli gallinæ, & gallinæ: turdorum uero, & merularum, paruorumque passerum (inter quos etiam sunt, quos turricolas uocant) caro, quam prædictorum, est durior: his autem ipsis tururis, palumbi, anatisque caro est durior: phasianorum, quod ad concoctionem, & nutrimentum attinet, gallinis est similis, uoluprat et tamen in edendo superat: his durior est pauonis caro, & fibrosior, & ad coquendum difficilior. Porro in omnibus uolucris animalibus, ut & in quadrupedibus, scire in uicem oportet, quæ augescens caro multo est præstantior, quam ætate declinantium: media autem est inter utranque, stercorantium. Præua autem admodum est ualde nouellorum, sed diuersa ratione ac senum: Si quidem horum caro dura est, & sicca, ac nervosa: ideoque præua ad coquendum, & exigui nutrimenti. Contra animalium uicerrime editorum corpora mucosa sunt ac humida, eoque excrementis plena, facilius tamen per alium secedunt. Hæc in cunctis animalibus memoria tenero: id enim omnibus ipsis ex æquo inest secundum differentias, quæ ab ætate sumuntur: cõmunis etiam est, si sanitatem spectes, præparatio modus, quem antea exposuimus, & nunc rursum summam repetemus, facultates duntaxat in memorem reuocantes, quæ assa sunt, & frixa in fartagine, ea sunt sicciora, quæ uero in aqua dulci sunt elixa, alimentum corpori præbent humidius. De ijs porro, quæ ex albo iure, uarijsque patinatum condimentis esantur, antea abunde disseruimus, ceu de domesticis quoque, & agrestibus. Non mediocris uero est differentia eorum, que in stagnis, aut paludibus, aut lacustribus locis uiuunt, cum ijs, quæ in montibus, aut locis siccis degunt. Nam pro locorum natura ac proportione, animalium carnes sunt siccæ, & excrementis uacuae, & ad coquendum faciliores: aut humidæ, & excrementis, & concoctis difficiliores.

De Anseribus, & Struthocamelis.

Cap. 20.

XHuius nomen ueteribus etiam est consuetum, *ἑρπύλλας* uero insolens: nominant. n. eas *μυζαλάς* *ἑρπύλλας*. Ego uero etiamnum adolescentulus audiui sophistam quendam ex eorum numero, qui de eiusmodi problematicis disserunt, in utranque partem disceptantem, ac probantem huiusmodi animalia nunc aues esse, nunc uero non esse. Longe autem præstitit non id, sed qualemnam alimentum, quod ab ipsis sumitur, habeat facultatem, inquirere: id autem ubi ex me audieris, per ocium ab alio disces, utrum oporteat animalia hæc aues nominare, necne. Ipsorum igitur caro est excrementitia, multoq; ad coquendum est difficilior, quam prædictorum uolucris animalium: ipsorum tamen alæ non sunt ceterorum alis deteriores. Quandoquidem in multis uolatilibus, potissimum quæ parua sunt, & carne dura prædita, alarum substantia est fibrosa, ac dura. Quarundam autem caro tota est eiusmodi, cuiusmodi grana: quas tamen & ipsas mandunt, plurimis ante diebus macerantes, & (ut sic dicam) mortificantes. Inter græcos autem & anseres caro tardarum, quas uocant, quodammodo est media, quæ *ἑρπύλλας* uel *ἑρπύλλας* appellantur: utroque enim modo prima syllaba profertur, & scribitur, per *ou* scilicet, & per *o*.

De differentia, quæ est in partibus animalium uolucris.

Cap. 21.

Viscera quidem in uolucris animalibus eandem habent ad carnes proportionem, quam in pedestribus habere memorauimus: intestina uero horum omnium omnino non manduntur: in eo tamen tamen uentriculis non ita habet, ueluti enim sunt, & nutriunt. Quidam autem ipsorum ualde etiam sunt iucundi, ceu anserum, post quos sunt altilium gallinarum. Quemadmodum autem in suis, dum adhuc uiuunt, hepar ex caricarum pastu ad uoluptatem præparatur, ita in anseribus uideo ipsorum alimentum lacte imbui: ut non modo eorum iecur sit iucundissimum, sed potenter etiam nutriat, ac optimi sit succi, & deiectione minime difficile, probeque similiter in uentriculo conficiatur. Ad hæc alæ anserum ad concoquendum ac nutriendum sunt accommodatæ, & ijs adhuc magis gallinarum. Ceterum, cum iuniorum animalium caro ab annosorum multum distat, alarum quoque natura multo euidetius distat. Pari modo gracilia ab obesis discrepant. Nam iuniorum ac probe nutritorum [caro] præstantissima: pessima autem graciliu & annosorum. Pedes autem paulo minus omnium, cibo sunt inepti. Gallorum autem gallinaceorum cristas, ac palearia nemo nec probat, nec etiam damnat: horum uero testes sunt præstantissimi, præcipue altilium, & multo magis, si cibis eorum, quo sunt nutriti, seroso lacte fuerit imbuitur: nam & boni sunt succi, & ualde nutriunt, & ad coquendum sunt facillimi: deiectione tamen nec iuuant, nec morantur. Ceterum animalia uolucris exiguum quidem habent cerebrum, sed ipsi tamen tanto pedestrium cerebro est præstantius, quanto est durius: uolucris autem ipsorum, montana cerebrum habent, quam palustria, præstantius pro aliarum omnium partium proportione. Quidam autem

† Græci libri sic, alæ præstantissime pessima &c. Orb. 2. collect. 44.

Aurem falso struthocameli uentriculum laudant, ceu medicamentum quoddam, quod concoctionem iuuat: alij uero longe magis mergi uentriculum laudant. Verum hæc neque ipsa facile concoquuntur, neque alijs in eo ipso, ceu medicamenta, auxiliantur, ueluti zinziber & piper: & præterea alia ratione uinũ & acerrum. Quod si de uolucris animalium lingua, ac rostro dicere aggrediar, cum ea nemo ignoret, garrire merito existimabor.

De Ouis.

Cap. 22.

OVa quoque inter alimenta, quæ ab animalibus sumuntur, sunt numeranda, quorum tres inter se sunt differentie: Prima quidem penes propriam substantiam: gallinarum. u. ac phasianarum sunt præstantiora, deteriora uero anserum ac struthocamelorum: Secunda autem penes tempus: aut enim longo ante tempore, aut breui sunt edita: Tertia penes cocturæ rationem: nam quædam diutius cocta fuerunt, alia ad mediocrem usque consistentiam, alia duntaxat ex calfacta fuerunt. Secundum quas differentias, alia quidem cocta uocantur, alia tremula, alia forbilis. Tremula igitur ad nutriendum omnium sunt præstantissima: Sorbilis autem minus quidem nutriunt, sed facilius subducuntur, & facilius in asperitates laxuigant. Elixa uero & ad coquendum sunt difficilia, & tardi transitus, crassiusque alimentum corpori tribuunt. His uero tardius permeant ac peioris sunt succi, quæ in calidis cineribus assantur. Quæ uero *ἑρπύλλας*, id est in fartagine sunt inspissata, atque ob id ipsum *ἑρπύλλας* nuncupantur pessimum habent omnibus modis alimentum. Nam interim, dum coquuntur, in nidorem uertuntur, & præterquam quod succi crassum gignunt, ipsum etiam prauum gignunt, atque excrementitium. Porro quæ *πικρία*, id est suffocata appellantur, elixis & assis sunt meliora: parantur autem ad hunc modum, ubi ipsa oleo, & gæuo, & pauco uini conspersa fuerint, uas, quo continentur, caccabo aquam calidam habent indunt: deinde, ubi ipsum totum superne obturariunt, ignem substruunt, quoad oua mediocrem habeant consistentiam. Quæ, n. supra modum sunt crassa, elixis, & assis sunt similia: quæ uero ad mediocrem crassitiam peruenerunt, & melius, quam dura concoquuntur, & alimentum corpori dant præstantius. Eadem etiam consistentia mediocritati intentos nos esse oportet in ijs ouis, quæ superne caldarijs intunduntur, non permittentibus neque ipsa omnino in crassam, sed, cum adhuc succum suum retinent, uas ab igne submoventes. Oua autem recentia ueteribus plurimum præstant: quippe optima sunt recentissima, uetustissima autem pessima. Quæ uero in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate aut præmitate inter se differunt.

De uolucris animalium sanguine.

Cap. 23.

GAllinarum ac columbarum sanguine non nulli uescuntur, maxime altilium, qui sui sanguine haud quaquam est inferior, neque uoluptate, neque concoctionis facultate: plurimum tamen relinquitur a lepore. Sanguis autem omnis, quocumque modo ipsum paruaueris, ad coquendum est difficilis, & excrementitius.

De nutrimento, quod ab aquatilibus animalibus sumitur.

Cap. 24.

Animantium in aquis degentium penultima sunt genera, differentiaque in ijs sunt, ac species. Nunc uero similitudines inter ipsa, quæ ad usum medicinae pertinent, ut in piscibus fecimus, referemus: medicinam autem, aut ætatem sanitatis tunc dicere, nihil ad præsens propositum inter fuerit. De omnibus igitur dicemus, quemadmodum in alijs ante fecimus, quibus uulgo assidue uescuntur.

De Mugile.

Cap. 25.

Mugil ex squamatorum piscium est genere, nasciturque non in mari modo, uerum etiam in stagnis ac fluuijs. Proinde particulares mugiles magnum inter se habent discrimen, adeo, ut pelagici mugilis genus diuersum esse uideatur ab eo, quod in fluminibus, stagnis, lacubus, aut riuis urbium lacinas purgantibus prouenit. Eorum sane caro, qui in aquis limosis ac sordidis degunt, excrementitia est admodum ac mucosa: optima autem eorum est, qui in puro mari uiuunt, præcipue est uentorum procellis agitur. Nam in quieto, nulliq; agitato fluctibus, tanto piscium caro fit deterior, quanto minus exercitur: in stagnis autem matrimis (quæ *μαρμαρινοί* appellantur) adhuc est deterior: & hæc adhuc magis, in stagnis, quæ si parua sunt, nec magnos fluuios recipiunt, neque fontes habeant, nec largi effluuii, multo profecto est deterior. Pessima autem sunt stagna ex quibus nihil aquæ omnino effluit, sed stabili est, ac plane immota. De ijs porro, qui in paludibus, lacubusque, atque id genus locis degunt, initio diximus. Pessimam enim habent carnem, qui in eiusmodi locis degunt. Eorum autem, qui in fluuijs gignuntur, præstantiores sunt, qui in ijs gignuntur, in quibus aqua rapide fluit, ac copiosa est: qui uero in stagnantibus, non boni. Præterea penes alimenta pisces meliores peiores ne euadunt. Nam quibusdam herbarum ac bonarum radicum copia suppetit, ique eam ob causam sunt præstantiores. Alij terribus pascuntur limosis, & radices mali succi. Præterea, qui in fluminibus urbium magnam præterfluentibus, hominum stercorebus & prauis id genus escis uictant, omnium ut diximus, sunt deterrimi: adeo, ut, si paulo diutius mortui permanerint, statim putrescant, & pessime oleant: isti autem in cibo sunt profus inuicendi, & ad coquendum difficiles, exiguumque boni quidem alimentum, excrementum plurimum reddunt. Quare mirum non est, si prauum succum in eorum corporibus, qui quotidie illis uescuntur, congerant. Qui cum sint deterrimi, omnium contra sunt præstantissimi, qui (ut diximus) in purissimo mari degunt, maxime ubi littora, quæ aquam in orbem ambiunt, terra non abundant: nec leuia, sed aut arenosa sunt, aut aspera. Quod si præterea ad boream spectent

speciem. longe enim sic. Cum enim exercitationes proprie non perunt ad succi probitatem omni E animam conferant, puritas adhuc eius uentis, qui acute miscetur, substantia ipsorum bonitate auget. Perficuum igitur ex ijs, quae diximus, est mare alterum alteri in eo praestare, quod aut purum plane est, aut fluuios multos & magnos excipit, ut Pontus. Pisces enim qui in eiusmodi degunt, quanto stagnales antecellunt, tanto ijs, qui in puro mari degunt, sunt inferiores. Sunt autem & stagna quaedam huiusmodi, quorum quaedam *quodam dicitur* appellatur, ubi uidelicet fluuius magnus stagnum efficit, quod mari configitur. Et, ut fluuius non stagnet, ubi primum in mari commiscetur, aqua ex salta ac dulci est mixta, & piscium caro, qui in ea aqua degunt, media est inter fluuiatum & marinorum piscium carnem. Communis autem tibi sit haec oratio, alijs quoque piscibus, qui in fluminibus, & stagnis, & mari gignuntur: man bona eorum pars non ambigit: cum marini fluuialem aquam fugiant, fluuiales autem ac stagnales marinam. Mugilis uero omnium maxime aquis uersisque uertitur: eiusque ipsius natura est, ut a mari longissime discedens, aduerso flumine naret. Hic quidem mugilis numerosas ac paruas spinas non habet, uti nec alius quisquam marinorum: qui uero e fluuijs, aut stagnis mare ingreditur, non secus ac cogenere, plenus est huiusmodi spinarum. Nam omnium fere piscium caro, qui in stagnis, aut fluminibus gignuntur, tenuibus spinis plena inuenitur, quas nullus marinorum habet. Nam, quo loco magni fluuii ostium in mari committitur, non nulli quidem piscium fluuiatum in mari, quemadmodum & marini quidam in flumine capiuntur, quos discernas eo, quod praedictas spinas, aut numerosas, aut proflus nullas habeant. Pauci sane fluuiatum mare ingrediuntur: at marini omnes fluuijs gaudent. Continuo autem & gustus mandenti tibi, praestantior mugilem indicabit, lucundior nanque ipsius est caro, & acrior, pinguedinisque expers. Pingues contra, & soluti saporis, tum cibo, tum ad concoquendum sunt deteriores: praerea stomacho sunt noxii, & uitioli succi: quapropter cum origano ipsos parant. Quidam uero nostrates, pisces quosdam in fluuijs genitos, *uoluntarios* nominant, rari diuersos esse a mugilem genere: cetera tamen omnino animal animalis est simile, nisi quod *uoluntarios* paulo est candidior, capitiq; habet minus, & saporem acidiorum: alimentum autem, quod ab eo sumitur, facultas est, qualis prius fluuiatum mugili inesse diximus. Proinde de nomine, non de re est controuersia. Quod autem nouisse magis retulerit, id iam dicam. Hic piscis unus eorum est, qui sale conditi asservantur. Nam stagnalis sic conditus multo, quam ante, praestantior euadit, quicquid enim mucosum, aut uirosum gustu refert, id totum deponit: uerum recens salus, iandiu salus est melior. Sed de salitis quidem piscibus paulo post sermo communis habebitur, sicut de ijs, qui hyeme (ut sic dicam) mortificantur.

De Lupo, seu Laurace.

Cap. 26.

Hinc piscem in aquis dulcibus natum non uidimus, sed e mari in flumina, aut stagna ascendisse cum G ipeximus. Ideoque paruus, raro, quemadmodum mugilis saepe, inuenitur. Et quanquam pelagus sit, stagna tamen maritima non fugit, nec fluuiorum ostia: Pelagus enim uocantur, qui in mare profundum secedunt. Alimentum sane, quod tum ex hoc, tum ex alijs piscibus prouenit, sanguinem gignit consistentia tenuiorem, quam quod ex pedestribus animalibus sumitur, adeo, ut non affluenter nutriat, & celerius discurratur. Cum autem nomen hoc tenuius, nunc in duabus rebus inter se collatis, nunc citra collationem enunciamus, sciendum nos, cum ipsam simpliciter pronunciamus, ad sanguinem mediu inter extrema comparare. Extrema autem prauitatis, secundum consistentiam, sanguis est tum crassus, ut pix liquida, tum serosus adeo, ut postea, quam e uenta effusus concitauerit, plurimum habeat aquosae humiditatis supernatantis. Laudatissimus uero est, qui inter hos exacte est medius, qui sit ex pane optime preparato (de quo primo libro egimus) & animalibus uolucris, de quibus diximus, perdice scilicet alijsque id genus: quibus ex uariis piscibus pelagij sunt propinquum.

De Mulo, seu Trigla.

Cap. 27.

Hic quoque pelagicis piscibus annumeratur: celebratur autem apud homines, tanquam uoluptate cibos reliquos superet. Omnium ferme aliorum carnem habet durissimam, & ualde friabilem: quod idem significat, ac si dicas nihil in eo esse lentoris, neque pinguedinis. Nutrit certe, cum probe H confectus fuerit, omnibus alijs piscibus copiosius. Diximus autem antea, quod cibus durior, ac crassior partium, & (ut sic dicam) terrestris magis, alimentum corpori praestat copiosius, quam humidior ac mollior, praesertim quando praeter id substantiam habet corporalem accommodatam ac familiarer: quae substantia uoluptate iudicatur. Nam alimenta, quae tota substantia ab alendis animalibus sunt aliena, ea aut non prorsus, aut insuauiter manduntur: ex familiaribus uero, quemadmodum humidior minus nutrit, ita coquitur facilius ac distribuitur. Ergo nulli caro iucunda quidem est, ut quae alimentum est hominum naturae accommodatum, & quamuis alijs piscibus sit durior, mandit tamen quotidie potest, propterea, quod friabilis est, & pinguedinis expers cum quadam acrimonia. Nam pinguis & lenta cibaria statim, ut sumpta fuerint, celeriter implent, & appetentiam euertunt: praeterea, quod malus est, compluribus deinceps diebus ipsorum esum non sustinemus. Verum nulli hepato propter uoluptatem a gulo sit. Summopere expeditur. Quidam uero ne ipsum quidem per se mandere uolunt, sed garelax, quod uocant, in uase cum pauillo uini preparantes, in eo uiscus ipsum tantisper comminuunt, quoad totum funil ex ipso & humidis preparatis succus unus fiat simplex ad sensum ac simularis, in quo nulli carnes intricatas mandunt. At nisi profecto nequaquam taurae suauitatis esse uideatur, neque tantam corpori utilitatem afferre, ut tantopere sit concupiscendum, uti nec ipsum caput: quanquam gulosi hoc quoque

A quoque laudant, ac secundas post iecur ferre praedicant. Ceterum intelligere nequeo, cur petmulti gra diffimos mullos emprerent, cum nec adeo suauis sit carne, ut minores, nec ad coquendum facili, ut quae dura admodum est. Ob eam igitur causam, cum quendam aliquando interrogassem, qui ingenti pecunia praegrandes mullos emerat, quid esset, quod illos tantopere expeteret, respondit se primum propter hepato illos tantum emisse, tum autem & propter caput. Verum haecenus de mulis haec dixisse huic sermone, in quo utilitatem inquirere instituius, satis fuerit. Porro optimi muli sunt, ut alij etiam omnes pisces, tum propter mare purum, tum maxime propter alimenta. Nam qui cancellos uorant, & grauerolent, & insuaues sunt, ac ad coquendum difficiles, & mali succi. Hos porro dignoscet, si prius quidem, quam uescare, uentrem referaris: inter uescendum uero ipse statim gustus ac olfactus iudicium afferret.

De piscibus saxatilibus.

Cap. 28.

Saxatiles appellantur. Non enim in lauius, aut arenosis, aut terreis littoribus, sed in petrosis promontorijs, & ubi saxa sunt, delitescunt, ac pariunt. Inter hos autem scarus excellere suauitate creditur: secundum hunc, merulae, ac turdi: tertio loco, iuliae, fucae, ac percae. Porro alimentum, quod ex eis sumitur, non modo ad coquendum est facile, sed hominum etiam corporibus est saluberrimum, ut quod sanguinem medium consistentia generet. Medium autem uoco, qui neque admodum tenuis est, neque aquosus, neque uehementer crassus. At cum magna huiusmodi sit latitudo, de ipsius differentijs procedente sermone differemus.

De Gobione.

Cap. 29.

Gobio littoralis est piscis, ex eorum etiam numero, qui parui perpetuo manent. Praestantissimus autem ad uoluptatem, coctionem simul, ac distributionem, & succi bonitatem est is, qui in arenosis littoribus, aut saxosis promontorijs uiuit. Non autem aequae est iucundus, neque boni succi, neque ad coquendum facilis, qui in fluminum ostijs aut stagnis, aut stagnis maritimis uersatur. Quod si aqua limosa quocumque fuerit, aut fluuius urbem expurget, gobio, qui in eis gignetur, erit deterrimus, seu alij omnes pisces, qui in aquis huiusmodi uersantur. Merito igitur in saxatilibus piscibus nullum est inter congeneres discrimen manifestum, ut qui perpetuo in purissimo mari degant, aquamque dulcissimam, & eam, quae ex eiusmodi & marina est mista, fugitent. Secundis autem post hos pelagicis idem accidit: neque enim hitantum inter se dissident, quantum qui in utrisque aquis uersantur: horum namque, qui in purissimo mari degant, suorum congenerum sunt praestantissimi: contra, omnium sunt pessimi, qui in fluminibus urbes expurgantibus uicitant. Medij uero inter hos sunt, qui in medijs locis uersantur. Diximus autem haec supra, cum de mugile, agebamus. Ceterum gobionum caro, ut carne saxatilibus est durior, ita mollior, quam nullorum. Ipsa igitur pro portione uescendum corpus nutrit.

De piscibus molli carne praeditis, & quo modo ius album conficiatur.

Cap. 30.

Philotimus in tertio de alimentis, de piscibus carne molli praeditis ad uerbum sic scripsit. Gobiones autem, & fucae, iuliae, percae, murrae, turdi, merulae, lacerti, ad haec asini, hamya, passeres, iecoranij, cithari, umbrae, atque mollium carniuum genus uniuersum facilius, quam alij pisces, conficiuntur. Ipsum sane iure quis demiretur, quoniam praeter praeterierit, cum is inter pisces saxatiles primas teneat, quibus omnibus caro inest, quam alijs piscibus, mollior ac friabilior. Quidam enim ipsorum molli quidem sunt carne, sed nullam habent friabilitatem, ut quibus succus quidam lentus ac pinguis inhaeret: alij nihil lentoris, nec pinguedinis habentes, in eo quidem saxatilibus sunt similes, carnis tamen duritiae ab eis discrepat, cuiusmodi sunt pelagici propemodum oes, nisi si qui ipsorum prauo alimento propria carne corrumpant, ut nulli, qui cancellos mandunt. Cancelli autem parua sunt animalia sauo colore, minimis caeteris similia: Saxatiles uero nec alimenta, nec loca mutant, nec dulcibus aquis urantur, ob eamque eam omnes perpetuo sunt inculpati. Quos Philotimus quidem asinos nominauit, alij autem asellos nominant, si quidem D probo utatur alimento, & mari puro, carnis bonitate cum saxatilibus contendet: qui uero prauo alimento utatur, aut in aquis mistis, & potissimum si ea uitiolae fuerint, degunt, carnis quidem mollietate non abijciunt, sed pinguitudine ac lentore acquirunt, propter quam neque suauis amplius, ut ante, manet, sed alimentum ex seipsis extremum reddunt. In omnibus porro piscibus id eodem, ut diximus, memoria tenere oportet, pessimos gigni in eorum fluuiorum ostijs, qui latinas expurgant, aut culinas, aut balneas, aut uestium ac linteorum sordes, aut si qua sunt alia in urbibus, per quas medias fluunt, expurganda: & potissimum, si populosa urbs fuerit. Quin & ipsius murrae, quae in eiusmodi aqua degit, caro deterrima inuenit: quam certe neque flumina ipsam subire inuenias, aut in stagnis gigni, pessima tamen in humidi fluuiorum ostijs, qualis est Tyberis Romam praeterfluens, gignitur: eo quod in ea urbe omnium fere marinorum piscium numerus emittitur, quemadmodum & qui pisces eodem in flumine nascuntur, quos non nulli Tyberinos appellant, tanquam specie habeant, propria, nulli marinorum simile: quae autem multitudine eorum, quae ex urbe in fluum inueniunt, sicut deterrimi, ex eo intelligere poteris, quod meliores sunt, qui in eodem fluuiio nascuntur: prius quam in is ad urbem ueniat. Quin & alius quidam est fluuius in Tyberim trecentis & quinquaginta stadijs ab urbe prorumpens, quae Nar appellatur, qui piscem habet ante, quam ad Tyberim perueniat, longe praestantior. Nam & ab ipsis statim fontibus magnus oritur, & purus perpetuo decliu rapidoque fluxu, in ipsum usque Tyberim profluit, nusquam proflus ne tantillum quidem restagnans. Porro qui propter con-

QUARTA CLASSIS.

E suctudinem

eorum caro sit, & ab excrementis pura, non sunt ad salendum accommodati, Ex his autem perspicuum est ea ad coquendum esse difficillima, quæ sale condita, dura euadunt ac neruosa, & ueluti cutacea ac coriacea. Quæ uero contra habet, tenuia quidem ipsa redduntur: mansa autem humores crassos ac glutinosos tenuant. Præstantissima autem omnia, quæ mihi experientia cognoscere licuit, sunt, quæ a ueteribus Medicis sardica salamenta nuncupantur, hodie sardas uocant: & myli, qui ex Ponto aduehuntur. Secundum autem post illa locum habent graculi, & pelamides, & quæ saxatina appellantur.

De medijs eduljis.

Cap. 42.

In singulis differencijs, quas alimētis inesse diximus, quedam sunt media. Etenim inter ea, quæ molli sunt carne, & quæ dura, medium quiddam reperias, quod nec molli, nec dura sit carne: similiter inter tenuantia & in crassantia: calcifiantia & refrigerantia: succantia & humectantia. Atque animalibus naturalem temperiem inculpatam quidem seruantibus, similia suis naturis cibaria conueniunt. Ijs uero, quæ prauam temperiem aut ab initio sunt sortita, aut post acquisuerunt, non similitudinem sibi ipsis, sed contrarium est utilis. Seruatur enim similibus, quod probe secundum naturam est temperatum: quemadmodum, quod male est temperatum, a contrarijs ad proprium temperamentum adducitur. Itaque singulæ animalium naturæ suum proprium medium habebunt, ut homo quidem tale, canis autem tale, atque ita in alijs omnibus. Præterea huic homini sigillatim tale secundum hanc & illam ætatem, ad hæc etiam secundum uitæ conditionem, atque institutorum, & regionum, in quibus iamdiu habitant, differentias.

GAL. DE BONITATE, VII. 10. SVCCORVM LIB.

Ioanne Baptista Rasario, Medico Nouariensi interprete.

ARGUMENTVM LIBRI.

Quomodo boni succi gigni, maliq; ac uitiiosi uitari ab unoquoq; possint.

Narrantur morbi ob malisucci alimenta exorti: tum idem confirmatur exemplo earum rerum, quæ Galeno contigerunt.

Cap. 1.



QUANTAM uim malitia succorum ad procreandos morbos habeat, omnibus certe, nisi plane insanis, euidenter indicauit ea fames, quæ multas Romani imperij ciuitates non paucis annis deinceps, ac continenter peragravit. Cui enim ijs, qui urbes incolebant, quemadmodum in coru erat more positum, ut per æstatem quamprimum frumētum quod satis in reliquum anni tempus futurum esset, compararent: totum frumentum, hordeumq; fabas, ac lètes ex agris in urbes comportari curauissent: ceteros cereales fructus, cuiusmodi sunt, quæ legumina appellantur, rusticis reliquerunt. atque etiam non pauca ex ijs in urbes aduecta sunt. quam ob rem consumptis hyberno tempore ijs, quæ relicta ruri fuerant, agrestes toto uere mali succi alimentis uesci coacti sunt. ita & cimas, & germina arborum, ac fructuum. itemque hulos, ac radices sturpium, quæ mali succi erant, comederunt. cumque se, prout cui facultas dabatur, agrestium olerum omni genere ad saturitatem usque explerent, uiresq; herbas totas elixas essent, quas ne periculi quidem faciendi causa, unquam ante gustauissent: uidere erat in quibusdam ipsorum extremo uere, in plerisque autem omnibus fere ineunte æstate complura ulcera in cute scætere, quorum non esset omnium una species: nam alia erysipelatis, alia inflammationis, alia herpetis, alia impetiginis, alia scabiei, alia lepræ speciei præ se ferebant. quorum quæ essent mitissima, ea per cutim efflorescentia a uisceribus, intusq; partibus malitiam succorum exhauriebant. in alijs uero quibusdam carbunculi, ac phagedænae modo cum febribus exorta, plurimos sustulerunt, paucissimis longo temporis spatio uix seruatis. atque etiam multæ admodum febres, in quibus nulli erant cutis affectus, extiterunt: quæ alui excretionibus graueolentes, motuq; afferebant. quæ in tenesimos ac difficultates intestinorum: acresq; uinas, & eas graueolentes, ac uesicam nonnullis ulcerantes terminabantur. quidam uero per sudores, atque eos quidem graueolentes, aut abscessus ad putredinem propensos iudicati sunt. quibus nihil horum accidit, omnes aut cum alicuius uisceribus manifesta inflammatione, aut propter magnam, malignamq; febrem mortui sunt. cumq; in morbi initio Medici nonnulli mitere sanguine paucissimis quibusdam aut sine, (nam huius remedij usum merito uerebatur, quod iam ante uires essent dissolutæ) nulli eorum, postuixisse sanguine animaduerti, quale bene ualētis excerni corporibus intuemur: sed aut magis rufum, aut magis nigrum, aut magis serosum, aut aerem, aut effluendo uenæ incisam mordicantem: ut ulcus uix posset cicatrice cōcludi. symptomata quoq; cum febribus nonnullis, præsertim

traxerunt.

Asertim moribundos, comitabantur, quæ & mentem cum noxa attingeret, uigiliaeque & propensionem in somnum afferent. nec mirabile est, eis, qui tum agrotabant, contrarijs morbis, atque symptomatis esse correptos: quippe cum non modo naturis inter se, aut ataribus differrent, sed etiam contraria uictus ratione, & item alimentis, quorum facultates contrariae inter se, fuissent, per famem usi essent. Si quidem omnes ijs uesciebantur, quorum eis suppeteret copia. cumque ea, quæ eis suppetabantur, diuersa essent, factum est, ut alij acris, aut salis, aut amari succi cibos sumplerint: alij austeris, aut acerbis, aut euidenter refrigerantibus, aut abunde humidis, aut glutinosos, aut medicamentosis usi sint. uidi etiam, qui statim propter esum fungorum interierint. alios ex ciuitate usu, ac serularum mortem obijisse: ac non paucos uix tandem esse seruatos conspexi. atque omnibus quidem alijs hominibus, qui ratione rem perpenderent, facile fieri posse uidebatur, ut quæ admodum foris uaria, ulcerum, tumorumq; formæ cōspiciantur, ut inflammationum, & œdematum, & erysipelatum, ac scirrhorum speciem præ se ferrent: ita partibus intus, quæ principibus magis essent, totidem accedere affectiones poruissent. Iis solis erat obsecrata ratio, qui ab Hippocratis doctrina de succis descuerant, & in quibus potius, quam in succos, causam conijciebant. quidam tamen eorum mihi clam confessi sunt, se quidem euidenter intuci contendendi aduersus Hippocratem studium eorum, qui ad sanitatem, aut morbum nihil boni aut mali asserere succos arbitrarentur: pudere autem se ad Hippocratem deficere, cum iam quinquaginta ætatis annos transigerint. Sic enim, inquit, non discipulos modo, sed etiam eos, qui opera nostra usi sunt, superiore tempore perpetuo læsisse uidebimur, addebant, iam a plerisque hominibus sibi honorem haberi eo nomine, quod uera essent decreta, quæ tuerentur: quod si ea falsa esse scerentur, cum ceteris indoctiores eos uisum iri, tum neminem eorum, qui prius illorum usi opera fuissent, in posterum esse usurum. his multum uenæ a nobis dari cōsentaneum est, non ut eorum institutum reprehendamus: sed eorum infelicitatem miseremur: quippe qui prius quam de ijs, quæ dicebant, ferre iudicium possent, in non bonos doctores inciderunt. Illi autem odio digni sunt, qui ambitione ducti, sectas decretorum priui statuerunt: quandoquidem uidentur data opera fallere familiares uoluisse: & non per imprudentiam labi: cum ad tantam insaniam perueniat nemo, ut ignoret, quantum mali sit, si succi, qui insunt in corpore, in qualitates medicamentosas commutentur. Illi ipsi, ad quos nostra dirigitur oratio, difficile esse, immo plane fieri non posse aiunt, ut eos, qui ex lethali medicamento sumptione interempti sunt, ab ijs, qui ex morbosa corporis ipsius affectione, discernamus. neque uero negari potest, quod euidenter perspicimus, ut succorum, quos bestiarum uires euacuantes, morfu insiciunt, partim membrum demorsum celeriter contabescere, partim cōputrescere: aut inflammationem, aut dolores maximos in eo excitari: ac scorpionem si quis ieiunus bis, terue in eum conspuat, statim interire. ut enim naturæ aliæ alijs sunt accommodatæ, sic aliæ alijs aduersæ sunt, atque aliæ alias tollunt. fitque ut ab accommodatis alatur, ab aduersis occidatur. quibus de rebus est a nobis in commentarijs de naturalibus facultatibus, & ijs, qui sunt de simplicibus medicamentis, copiosissime disputatum. nunc uero satis sit ea, quæ in fame uidimus, explicauisse. quod si adhibere mihi fidem nolueris, cum nulla causa subicit, conuentiar, sed moleste feram, multos auctores suis in libris insigniter esse mentitos, ego tibi quæ longa experientia in tota uita mea didici, dijs etiam ipsis testibus inuocatis, exponam. mihi pater fuit geometriæ, architecturæ, logicæ, arithmeticæ, & astronomiæ peritissimus: atque omnibus ijs, qui ipsum norant, erat iusticiæ, probitatis, ac frugalitatis nomine, ut qui uis Philosophus admirabilis. is me puerum præscripta uita ratione, ab omni morbo liberum seruauit: cum uero adolescerem, ac pater agriculturæ studiosus rus concessisset, ego in studia maiora, quam ceteri omnes condiscipuli, diligentia noctesq; dieque incumberebam. cumque toto canicula tempore unâ cum æqualibus meis me omnibus fructibus, qui fugaces appellantur, expleuissem, autumnio in morbum acutum incidi, ut uenæ sectione mihi opus esset. quam ob rem pater in urbem reuersus cum mihi succensuit, tum superiorem uitendi rationem in memoriam reuocauit, quam mihi ipse imperauisset: ac iussit, ut intemperantiæ meorum æqualium remisso nuncio, eam in posterum seruarem. immo uero insequenti quoque anno dedit sedulo operam, ut uitam meam diligenter obseruarem; quo fructus eiusmodi modice tangerem. agebam tum decimum nonum ætatis annum: quem cum sine aduersa ualitudine transigissem, factum est sequenti anno, ut cum pater e uiuis excessisset, ego unâ cum æqualibus meis uitam ducens, ijs fructibus liberaliter uescerem, qui per caniculæ tempus maturescunt. itaque morbus superiori similis me corripuit, ut eo etiam tempore secari uenam oportuerit. postea uero uel singulis deinceps annis, uel alternis agrotavi usque dum ad duos de triginta annos perueni: quo tempore cum periculum immineret, ne qua parte securus septo transverso adhæret, abscessus esset, usum omnium fugacium fructuum, præterquam & ficum & uuarum accurate maturarum, mihi ipse interdixi. neque has quidem immoderate, sicut prius, sed modice ingereram. erat enim dem sententiæ alius sodalis meus, duobus annis me natu maior. itaque habere ratione exercitationum, ac studio adhibito, ne ulla unquam in nobis esset cruditas, ad hanc usque diem, multorum scilicet annorum spatio, sine ulla aduersa ualitudine uiuimus, ceteros quoque amicos, quibus potui persuadere, ut se exercent, uitendique ordinem seruarent, eos omnes hæcenus ualentes perstitisse conspicio. ac quosdam uiginti quinque annorum intervallo: quosdam minore illos quidem spatio, sed tamen longo admodum, ut quisque, se se a fugacibus fructibus, alijsque mali succi eduljis quorum est nobis in hoc libro proposita tractatio, abstinere in animum induxerat.

† Artis rationes subdacent di.

† præterquam quæ ci uocant.

inter ea, quae non concoquantur, haec habenda sunt pessima. quae mediocriter elixata sunt, ideoque tremula

11 In G. l. legdum est...

In iuniorum porcellorum.

Aria promptum habeas. Lac autem optimi succi esse, ab omnibus conscriptum est Medicis. quam ob rem quidam eos, qui in pulmone ulcus habent, solo eius usu curari arbitrantur.

fucci sunt, ac dulcia adijciamus. quaedam enim eorum sunt, in quibus crassus solum succus inest, cuius...

Cibus nec crassus, nec glutinosus, neque etiam tenuis esse oportere. de usu friabilium, deque multorum maceratione, et preparatione...

Cap. 5.

Alimentum autem nostris corporibus optimum comparatur ex ijs edulij, quae neque crassi, neque glutinosi sunt...

Quidam putant pro ... legendum esse ... ab olivum natura aliena sic habet experiri di facio.

Quid si pro ... legas, ... i. e. ucu merestiam ip se paulo post ia scribet.

Quid si grae co libro legas ... i. robo uunt.

actiones inuicem excipiunt: ut uentriculi concoctionem iecur: et iecoris concoctionem partes, quae nutriuntur...

Qualis sit quaedam animalis partium succus: ut intestinorum, uentriculi, uteri, caudae, colli, auriculae, oculi, suilla carnis, haeina, atque agnina.

Cap. 6.

Nunc autem ad alia singillatim transeamus, quae praeterimus, atque in partibus animalium sunt haec...

Cerealium seminum enumeratio, prissana, faba, lentis, ochrorum, dolichorum, cicercularum, olya, typha, pauca milij, ciceris, lupini, pisi, et aliorum.

Cap. 7.

Intelligi uolo, optimum hordeum esse oportere: propterea quod, nisi tale illud sit, prissana probe non coquitur...

ni succi eas simul esse, salubresque ac morbosas, uerum dixisse uideri poterit. nam si uentrem per-

Quidam legunt... et uenas. l. si facit de uentre excidant, & per iecur ac uenas in coram corpus ipsarum succus cito ducitur, bonus, ac salubris est.

transcant, distributumque inde alimentum... Quod autem in aqua uiuunt, uti in stagnis, paludibus limosis, turbidiss...

† Alias colinas.

† Sic enim legitur... lib. 7.

† Sic etiam habetur in impressis... ne idem his inculcatis sit.

Ed cum libros perleges, in memoria habeas illud in primis uelim, qui materia uires accurate didi-

Ac tenuitatis, glutinosi, atque eorum, quae huius contraria sunt, ut fragilis & friabilis, mediis sit. fragi-

Vini differentia ex colore, aetate, sapore, origine, ac ceteris plerisque rebus dulcissimum...

ERgo quicumque in eis aequa, tenui, substantia constant, quaeque urinas cient, ea corpori paucissimum...

Dei natura, siue alia ratione quae sita in temperies, nec Falernum, nec fuluum illud, ac dulce Tmolite, neq...

Cap. 11.

Cap. 9.

Cap. 10.

brum prius, aut solum, deinde in suum colorem mutantur; itemque alba, quale Bithynum Aminanum. E
 vinum autem ita inueteratum Romani cecubum uocant: quod cuius sit generis, non iam deprehendes.
 etque id iam amarum, ideoque potui ineptum, sed cuius tamen cum nouello permixtione mangones
 ficum imperitis, qui minus accurare uinorum sapores dignoscunt, faciunt amaritudinis prætextu, no-
 uellum pro uetere diuident. atque ut adeo uetustiorum, sic & ualde nouellorum fugienda potio est. illa
 enim supra modum, hæc autem, dum nouella sunt, nullo modo calfaciunt, tantumque abest, ut aliorum ci-
 borum concoctionem adiuuent, ut ipsa uix concoquantur. præterea uero neque aluum subeunt, neque
 facile distribuuntur, neque urinam promouent, neque sanguini gignendo adiumento sunt, neque ad
 nutritionem conducunt: sed aquæ modo in uentre diutius sublimia morantur: & si quis ex ijs uel pau-
 lulum bibit, facile aciesunt. ex nouellis autem ea sola quis suo cum comodo bibit, quæ tenui consisten-
 tia sint: qualia in Italia sunt, Gaurianum, & Albanum, & in Sabinis, ac Tuscis quædam: neque e-
 nim omnia sunt eiusmodi. sed & circa Neapolim, Aminanum illud, quod imminens ipsi collis fert,
 statim bibi potest. tale est apud nos in Asia Tibenum, & Arsyinum: & post hæc, Titacizenum. at-
 que hæc ego exempli causa proposui. uidi enim huiusmodi uina in omnibus fere gentibus, sed quæ
 duplici de causa in peregrinorum ignorantia uersantur, & quod pauca omnino sint, & quod longin-
 quam navigationem non ferant; ut a mercatoribus ad externos comportari non possunt. quamquam fa-
 cile certe distingui possunt, primum ac maxime, quia tenuitate proxime ad aquam accedunt: deinde e-
 tiam candore, cum quod gustanti aquea uideatur, nullamque ualidam adstrictionem habeant: neque
 inter diluendum, multum aquæ ferant: ut apud ueteres *ἀρυστόπιον* ideo nomen inuenerint, quia non nisi
 paululum aquæ ferant, atque ut fulua illa, in quibus est calfaciendi uis, statim caput implent; sic hæc
 præterquam quod ipsum nunquam lædunt, iuuant etiam interdum, cum leues dolores quosdam sedet,
 quos contenti in uentre humores ciere solent. nam cum doleat caput, non supra tantum affectu, sed
 exhalantibus a uentre uicibus uaporibus, curatur is capitis dolor uini illius, quod parum aquæ fert, po-
 tione, si leuem adstrictionem habeat. nam quorum exoluta omnino uis est, quale apud nos Tibenum,
 & Sabina quædam in Italia, tanto sunt leuiter adstringentibus deteriora, quanto aqua meliora sunt. in-
 uenias certe quosdam, in quibus capitis dolorem facit interdum aqua potio, præsertim praua: utpote
 quæ & corrumpatur ipsa, & naturale robur exoluat. debilitato enim uentriculo serosi quidam ex bili
 humores in ipsius sinu e corpore solent confluere, ut etiam in ieiunio contingit. quorum humorum
 uisio & noxa hominem prædicti uini potio liberat. ac statim quidem, quod permixtione ipsos temper-
 rar: paulo uero post, quia uentriculum iam corroborauit, ut quicquid sibi molestum est, deorsum pellat.
 hominibus tamen, quorum temperamentum uel ætate, uel natura sit ualde calidum, aquæ, quam ui-
 ni, utilior potio est: ac si quando uino opus erit, tenuè id, & modice auterum esse oportebit. eadem
 ratio est in omnibus cibis, ac potionibus non ut quibus sine discrimine quouis utatur, sed adhibita na-
 turæ eorum, qui usuri sunt, distinctione. est autem maxima in uinis differentia, si quis ea generatim, sicut
 nos distinximus, consideret: in ceteris parua; neque enim uel lentem, uel brassicam ullam unquam com-
 peries, quæ humectet: sed quæ minus, quam altera exerceat: non tamen humectet. sic nullum genus cap-
 rum, aut porrorum, aut aliorum refrigerans inuenies, sed plus, minusue calfaciens. nec uero lactucam
 ullam calfacientem, aut atriplicem, aut bitum, aut portulacam, cum ne illud quidem ipsum plus, aut mi-
 nus magnam in ijs differentiam faciat: ac in uinis uetustissimum illud, quod cecubum uocari a Romanis
 dixi, tantum ab albo simul, & austero, & nouello, & crasso differt, ut cum illud uehementissime calfaciat,
 hoc ita refrigeret, ut id uel sensu homines percipiant.

† Hic locus
 stricte est
 lib. 1. 2. mech
 medendi. ca.
 4. in quo de
 dem re agit

† Sic etiam i
 telleris Oer
 v. collect. ca
 6. & noua q
 bus uoxis i
 malis, ut ali

De melle, & aceto mulso: de quibus in quibusdam usu.

Cap. 12.

Nec uero parua est in melle differentia. nam quod prauum est, ac grauiter olet, quodque aliam quan-
 dam in gustatu qualitatem, admixtam indicat: tale ne mel quidem censendum est. quod uero cul-
 pa uacat, differentias habet in eo, quod dulcedinis, aut acrimoniae plus habet, & minus: ut illius sum-
 ma uirtus sit, quod sit dulcissimum, atque acerrimum: sed commune est, ut omni melli, calfaciendi uis
 insit, & ut facile in bilem a corporibus calidis mutentur: itaque cibis est utilis naturis pituitosis, atque
 pronectis, frigidisq; morbis. acutum uero mullum omnibus & naturis, & ætatibus utilissimum ad bonam
 ualitudinem tuendam: quippe quod angustas uias omnes expedit, ut non sit, ubi crassus, glutinosusq;
 succus cohibeat. eaq; causa est, cur quæ Medici medicamenta ad ualitudinem tuendam accommoda-
 data uocant, omnia attenuandi uim habeant, atque hæc quidem uictus ratio bonam ualitudinem tutius
 ruetur, quam crassior. sed robustum, beneque habitum efficere corpus non potest. quidam tamen sunt,
 qui bene habitam ualitudinem cum periculo malunt, quam firmam, sed graciles tamen imbecilliq;
 perpetuo sunt. & ex ijs, qui cum bono corporis habitu & robore bonam possidere ualitudinem cupiunt,
 alij sibi uni uiuunt: alij militarem uitam delegere, ut necesse habeant, & de nocte surgere, & interdum
 necessarijs muneribus obeundis inseruire: qui si quo modo possunt, ante balneum exerceri debent: &
 ab eo parte illa exercitationis uti, quam exercitores *ἀποβασταυτικὴν* nominant. sed copulibus ne id qui-
 dem per negotia licet, quare nec fieri potest, ut per totam uitam bene ualeant, quamuis frugaliter ui-
 uant. qui uero quoad licet, id efficiunt, quicquid factu opus est, raro ægrotant. atque attingi ab ijs ci-
 bos ualentis materię necesse est, e quibus crassus succus gignitur: sed modice, & eo potissimum tem-
 pore

H

A pore, in quo penuria sensus manifestus erit. per totum uero reliquum tempus, ijs, quorum modica est
 natura inter pauci, multique alimenti cibos, utendum est.

Quomodo refrigeratio sit diuersis rebus in squalore corporis perquirenda: deque
 niuis hanc ad rem usu.

Cap. 13.

Semper autem est a mali succi edulij abstinentum: nisi quandoque totius corporis siccitatem, & ca-
 lorem, qui æstiuo tempore laborant, curare uelint. quo quidem tempore & mala, & pruna, & mora,
 & cerasia prima inensa cominodè sumuntur. quin & cucumeris, & peponis, & melopeponis, & præco-
 ciorum, & persicorum paululum sumi potest: itemque eius, quam melicam Romani uocant, refrigeratæ:
 & aphrogalactis, & eduliorum, quæ ex lacte parantur: quale est, quod *ἀπογαλακτική* nominant. ficus
 quoque frigida, & cucurbitæ sic affectis aque idoneæ sunt. homo tamen temperatus alia profecto ra-
 tione contractum e dietis laboribus squalorem corporis humectare, refrigerareque poterit. ubi enim e
 balneo egressus biberit, primum quidem aquam, tum uinum modice dilutum. atque ubi quicquid hau-
 serat, euomuerit, esse poterit lactucam in primis, olus innoxium iuxta, ac refrigerans: deinde ex aceto
 & garo sullum pedem probe elixum, & gallinarum alas, aut anseris, aut eius uentrem: aut frictum pisce
 aliquem ex genere eorum, quorum mollis caro est. aut si etiam uolet ex oleribus quid attingere, id
 faciat modo, ne mali succi sit: cuius generis est malua, & cucurbita. super hæc uinum bibat, aqua frigida
 ualde dilutum. atque ante hoc etiam salamentum poterit attingere, & oua, quæ tremula dicuntur, & pi-
 sces, qui ex oleo, garoque sumuntur. præstat enim, ut monui, aridum corporis calorem aqua frigida cu-
 rare, edulij mali succi perpetuo deuitatis. alica etiam frigida ex mullo, & frigido uino hanc affectionem,
 sine succi uitio, curat. mihi autem per sepe in hac affectione satis fuit præstantem tremor bene refrigeratæ
 us eo tempore, in quo paulo ante dixi, frigidam cominodè bibi posse. esto autem alijs alius modus tibi
 cibi, tum potionis refrigerantis. & in quorum est more positum, ut niue utantur, illi ea ante niue refrige-
 rant. qui fontana utuntur, illi aqua recens de fonte hausta contenti, niuem non requirunt. sit autem &
 dilutum illud uinum eodem modo ante refrigeratum, ita enim appellare *ἀποβασταυτικὴν* Græci medici
 solent uinum, quod in frigidissima aqua nase uinario posito, ante refrigeratur. atque hæc quidem ego
 consuluerim ijs, quorum implicita negotijs uita est, ut sunt, qui & populos regunt, & urbes gubernant:
 ac multo etiam magis eorum ministris. nec minus etiam, qui rem militarem tractant, quique longa i-
 nera ingrediuntur. qui autem ab his negotijs liberi sunt, si se de more exerceant, rarissime frigide po-
 tione indigent. si se non exerceant, & ætate uigente magnam uim caloris sentiant, sine incommodo
 de fonte bibant, a niueque abstineant. & si enim statim iuuenilibus corporibus nix nihil mali afferre ui-
 deatur, quod quidem percipi sensu queat, tamen paulatim crescente noxa, inclinata progressu tempo-
 ris ætate, morbos facit, in articulis, neruis, ac uisceribus, qui uix, aut ne uix quidem curari possint. est
 autem consentaneum, ut infumissima est supra natura uaqueque corporis pars, ita a causis læden-
 ribus eam affici.

Quæ incommoda ex cruditate, quique affectus ex uarijs succis gignantur.

Cap. 14.

Maxima autem uis cum ad succos malos, tum ad morbos gignendos in continua cruditate est, si-
 ue ea boni, siue mali succi cibos sequatur. quamquam planum est, multo esse deteriorẽ eã, quæ
 mali succi cibis succedit. quorum cum duo sint genera, si quidem tenuem succum faciant, acutos mor-
 bos cum malignis febribus afferent: si aliquam in partem malus succus decubuerit, erysipelata, herpe-
 talque, & si quis alius eius generis calidus morbus sit, excitabit: sicut crassum, articulorum, pedumque
 dolores, renum uitia, anhelationes, iecoris, lienisque affectiones in scirrhum obduratas. Si uero
 succus uiriosus melancholicus sit, tum cancer, lepra, scabies, quartana febris, melancholia, ni-
 gra coloris malitiae cum lienis consimili tumore homines corripunt. uarices quoque, & uiriligines,
 quæ *καλαρίαι* hoc est nigrae uocantur, & hæmorrhoides ex tali succo multos constiterunt. mixta au-
 tem e uarijs succis affectiones herpetas, & depascentia ulcera, quæ *καλαρίαι* nuncupant, maligna-
 que omnia, & acutas febres, quæ reciduas faciunt, ut ita longum in tempus producantur, affer-
 re solent.

Sic habent
 inxi omnes
 d. uapores, qui
 sapores, ut de
 tuere utiliti-
 inum intelli-
 endu sit, quæ
 sapores dicun-
 it. quas ab
 more meli
 uolico oriri
 tricipiu est.

Martino Gregorio interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de edulijis quibus tenues ac salibres humores in corpore redduntur.

Qua sit rationis uictus attenuantis utilitas.

Cap. 1.



VM uictus ratio attenuans pleriq; diuturnis morbis adeo conferat, ut sola ea, sine ullo alio medicamento, sublari saepe fuerint, operæpretiū fuerit aliquid de ea distinctius perferbere. Sunt. n. quos præstiterit sola uictus ratione, sine medicamento perferbare. Vidi equidem non paucas arthritidas, quæ iam articulorum ossa nudarant, alias quidem hæc uictus ratione in totum perferatas, alias mitiores fuisse redditas. Vidi præterea & eorum plerosq; qui spirandi difficultate (quam *Spasmodus* uocant) saepe prehenduntur, adeo leuatos, ut aut prorsus reualerent, aut longo saltem intervallo leuiter affligerentur. Eadem etiã hæc tenuans uictus ratio magnos lienis tumores, & hepatis scirrhum colliquat. Ad hæc epilepsias paruas quidem & etiamnum incipientes penitus sanat: in ueteratas uero ac consummatas iuuat nõ me diocriter. Hanc uictus rationem medici tenuantem appellarunt, quemadmodum aliam ei contrariam, in crassantem, pro eo humore. si quem in corporibus nostris gignit: nota autem longa experientia nobis est, & ratione exploratam olfactus ac gustus mentem nostram ad omnes eiusmodi cibos discernendos satis instruit. Quæ. n. sensus nostros pungunt, ac mordicant, ea omnia palam est acris esse, & quæ succos crassos tenuare queant: quæ etiam, si largius æquo sumpta fuerint, uentriculum mordicant, ciborumq; nauisam magnam inducunt, & halitus acres emittunt, non modo dum manduntur, sed etiã postquã e corpore fuerint egesta. Plurima autem eorum urinas & sudores graueolentes & acres promouent: phlegmatibus præterea, ac siccitatibus sunt accommodata: quædam autem ex ipsis cutim diuellunt, sicut cili, atque erodunt: alia uero perundunt: alia ipsius partem aliquam in pus uertunt: alia magna, & quas uocant escharas, efficiunt. Hæc omnia satis probant ea acrem quandam, atque incidendam habere facultatem: cui rei euidentissimo etiam sunt argumento humores in corpore nostro ab eis exrenuati. Quin & experientia ipsa rationem confirmat: uidemus enim corpora omnia, in quibus humores frigidi, crassi, ac lenti abundant, huiusmodi ciborum usum maiorem in modum alleuari.

Qua sint oleracea attenuantia, ac de diligentia in eorum usu adhibenda.

Cap. 2.

VT in alijs, ita in his quoque oportet medicum tempore ac mensuræ usum diligenter esse attentum: periculum enim est, si quis non recte ijs utatur, ne tandem prauo succo impleatur. Verum de omnibus in præsentia tradere non est institutum, sed de edulijis duntaxat pertractare. Nemo igitur est, qui allium, cæpam, nasturtium, porrum, & sinapi propter facultatis ipsorum uehementiam ignoret in genere esse tenuatium: post illa autem silybium, pyrethrum, origanum, calaminthen, silybium, pilegiū, fatuarian, thymum: quæ omnia uiridia quidem, & prius, quam exsiccantur, manduntur: exiã ceata uero, iã non amplius sunt cibi, sed medicamenta. In summa omne, quod siccum est, uiridi est ualentius: eorum uero, quæ seca non sunt, maturiora minus maturis: & quæ in montibus ac locis siccis proueniunt, ijs, quæ in campestribus ac planis & hortis, ac paludibus crescunt, sunt fortiora: hæc sane sunt, quæ de ijs communiter scire conuenit. Prædictis autem ordine proxima est capparitis, & terebinthi fructus: his autem eruca, sium, apium, petroselinum, * orminum, rhabbanis, brassica, & beta. Malua uero, & blitum, & atriplex, tametsi ijs specie sunt proxima, facultatibus tamen dissident: aquea enim sunt, minimumque acris facultatis habent, quo modo cucurbitas, & citrulli, melones, melopepones, & pruna: humida enim sunt hæc omnia, ac frigida, & pituitosa, potissimum si cruda, & non elixa mandantur. Atque hinc adeo fit, ut quidam citrullum ac cucurbitas duriores elixent. Ex pomis præterea ac piris ea minus nocent, quæ elixa fuerint. Ad hæc ex ijs, quæ cruda manduntur, ea prædictis minus sunt noxia, quæ ad condendum sunt apta. Sed de his non est nunc dicendi locus.

De differentia attenuantium oleraceorum ex ætate, ac communis ratio ipsorum discernendorum.

Cap. 3.

R Vtus igitur ad eos cibos, qui succos crassos in corpore tenuant, reuertamur, ab ijs unde sumus digressi, auspicantes: exactius enim de ipsis determinare est necesse. Omnia igitur tenera & in crassantia propter humiditatem, qua adhuc toto incrementi tempore affluunt, facultatibus (ut paulo ante diximus) sunt moderata. Quo sit, ut pleraque medicamenta, dum oriuntur & adulescunt, nõ aliter, ac cibi, mandantur, ut silybii, ac sinapis stolonis, pyrethri, iirngij, & multorum aliorum, quæ olera syluestria

A syluestria uocare consueuerunt: quæ haud ita multo post spinis adeo horrescunt, ut ne pecoribus quidem sint uescia. Hæc autem omnia, ubi comaturuerint, magnam quidem habent incidendi facultatem: tenuant uero admodum, dum oriuntur adhuc atque adulescunt. Pari modo & urtica prius, quam exsiccatur, est esculenta: præterea feniculus, ruta, coriandrum, anethum eiusdem cum illis sunt species, eundem terque etiam calfaciunt. Aliud autem est olerum agrestium genus, quæ memoratis minus incidunt, ut mediocris non secundæ sint naturæ, quippe quæ neque incidant manifeste, neque densent. Olera autem communi nomine huiusmodi omnia [serides] nominantur, singulis tamen speciebus singula nomina rusticis fuerunt imposita, ut lactuca, condrilla, tum ijs, quæ Syrii gingidia uocant, tum alijs id genus plerisque apud singulas gentes: Athenienses tamen omnia communi nomine appellant: ueteres autem ipsorum speciebus nullum nomen indiderunt. Cum igitur plures horum sint species, & earum plerique propterea, quod non ubique proueniunt, multis sint ignota, ubi eorum facultatem in genere didiceris nihil erit, quod ea oculis singularim inspicere ac dignoscere desideres, sed ipsorum duntaxat enarratio tibi satis fecerit. Si quid igitur olfactui, aut gustui, aut utrique simul, acris, & mordicans, & calidum apparebit, scito id facultatem habere tenuandi atque incidendi. Ad hæc si quid olfactui odorem bonum inferens, ac matris speciem gustui representet, id quoque uiribus calidum esse oportet, sed non æque, ac mordicantia, & rodentia, & insigniter calfacientia. Incidunt præterea & quæ saporem quandam habent nitrosam aut salinam, quorum etiam plurima aluum deiciunt: nec minus ijs amara tenuandi facultate sunt prædita: atque hinc adeo fit, ut plurimis huiusmodi uulgo uescantur: differunt tamen in eo plurimum, si unã cum eis oxymel, aut acetum, aut sal, aut oleum, aut aliud id genus sumatur, eorum enim facultas aceto & melle intenditur, oleo autem minuitur. Si quidem oleum ipsum, præter quam quod succos crassos non incidit, eorum etiam omnium, quæ id præstare possunt, robur imminuit. Huius etiã generis sunt cibi omnes aquei ac mucosi, præterea olera plurima, potissimum hortensia propter superflua humiditatem: quibus omnibus cum aceto uescuntur, eis quidem, quæ cruda libenter mandunt, id non permittentes, his uero, quæ elixant, oleum insudantes. Quidam autem pro delitijs acetum omnibus permittent, sed cum melle, uel sinapi, uel lybistico, uel cumino, uel apio, uel id genus aliquo commiscet. Natura enim ipsa suggerit, quid sit faciendum, ac docet non eos modo, qui hoc aperius norunt, sed sæpe etiam imperitos, atque idiotas. Quin & ipse ijs, quibus uictus ratione tenuante opus erat, delitijs eiusmodi uti iubebam, præter quam carne dactylorum, quam multam pulmentis plurimis commiscabant. In summa autem de ijs delitijs est habendum, omnes eas tenuantibus esse accensendas, quæ tunc cum multis acris & calidis (cuiusmodi sunt ea, quæ nuper memorauimus) tum cum capis, alijs, & coriandro præparantur. Quibus uero ea parcius fuerint permista, substantiam in crassantem habent copiosorem.

De olerum & arborum germinibus attenuantibus.

Cap. 4.

Q Voniã autem ab initio de cibis oleraceis differui (in eo enim genera plurima sunt, quæ tenuant) proximum sane fuerit de asparagis, quos uocant, differere, elijs, mixacantho, chamædaphne, uite alba, uitice, spina, & alijs eiusmodi. Eodem in genere sunt uirium germina, & rubi, & omnia denique arborum germina, quibus uesci consueuerunt. Mixacanthus igitur, quem uocant, mediæ quodã modo est facultatis, ab eo autem elij, & chamædaphne utrinque non multum differunt. Stomacho autem non minus prædictis commoant uitis alba, & uiticis, & spinæ asparagi: omnium autem maxime auste ri atque adstringentes, quales sunt uitis, ac rubi. Spinæ uero asparagi aluum deicit. Sed, quæ purgant quidem, non possis ante experientiam cognoscere, quæ uero uentriculum roborant, coniectura possis assequi. Omnia. n. stomachum iuuant, facultatisque sunt mediocris, quo in genere est palina cerebrum. Sic enim nominatur tenerum germen, quod e summa ipsa planta producitur, ut elate in oleribus. Qui autem amarioris quidpiam præferunt, quanto amariore, tanto ijs sunt sicciores, & incidentes magis. Quod si linguam euidenter mordeant, ac calfaciant, in tenuantibus erunt numerãdi. Verum de oleraceis quidem edulijis hæc sufficiant.

De seminibus olerum.

Cap. 5.

D E seminibus autem deinceps tractabo. Ut autem de his in uniuersum dicam, facultate plantæ suæ sunt similia, nisi quod illis prorsus sunt sicciora, eo que magis tenuantia: non omnia tamen sunt uescia, ut ne herba quidem ipsa, quarum semina manduntur, omnes sunt esculentæ. Omnia tamẽ semina, quibus uescuntur, sua natura ad siccitatem & caliditatem magis, quam herba ipsa, semper sunt propensa. Proinde & papaueris semen herba ipsa est melius, adeo ut tanquã innoxium panibus ipsum miscerent, & placetis. Quod tũ & ipsum palã refrigerat, ex eo intelliges, quod caput grauat, & soporiferum, est nõ tũ reque, ac eius succus: sed, quanto is magis refrigerat, tanto est semine magis soporifer. Soporiferum est & lactucæ semen, quandoquidem & olus ipsum frigidum est & humidum. Ab his igitur frigidis & humidis seminibus ei est cauendum, qui tenuante diæta uti uolet. Nam silami semen succum crassum ac lentum in corpore gignit: apij uero, & petroselini, cumini, carui, anisi: præterea lybistici, sinapis, ameos, dau-ci, seseleos, & omnium denique odoratorum, & acrium, & euidenter calfacientium semen tenuante diæta utentibus conuenit. Quorum quædam adeo sunt fortia, ut nihil a fortissimis medicamentis dissideant: cuiusmodi est ruta semen, quod ualidum admodum est ac tenuans. Pari modo & lini & camabis semina. Hæc enim non modo sunt medicamento sa, sed caput etiam tentant. Quocirca unicũ

QUARTA CLASSIS.

F 2 est

* uiriditas, id est lorica-lia spina.

* ozimum, Orib. 3. colle. 1. her. ocima.

humida, &c. quia viscida est, sic in acet. quia vero lenis, humida, suavisq; est, ideo & ab adstrictione. & E ab alia ualentiore qualitate abest. ad hæc aut omnia hoc accedit, ut propter optimam coctionem, flatu expers sit. quæ cum talis sit, acutis febribus est accommodata, non solum quia eis in omnibus adueretur, sed quia facillime concoquatur, omnesq; habeat infirmissimas qualitates, & facillime digeratur: & putres humores propter abstergendi uim, qua prædita est, expurger: semiputres uero adhuc, concoquat.

Tempus, & modus ptissane propinanda.

Non est autem absolute in morbis danda: sed multis opus est distinctionibus: nam neq; offerenda est ijs qui cum periculo laborant: neq; ijs, qui sanguinis missione, aut purgatione, aut clysteri quodam indigent: neq; ijs, quorum uentriculus excrementorum plenus est: neque ijs, qui magno dolore cruciantur: ac minus ijs, qui medicis fomentis, aut uenæ sectione, aut purgationibus egent. sed nec conuenit, ut eam in siccissimis morbis administras. iam uero opportuni eius danda tempus, mensuramq; & agrotantis consuetudinem spectare debes: tum uero cremor, ne illius solus, an tota ptissana, an potius utraq; aut etiam neutrum exhibendum sit. itaque erit ad forbitionem accommodata, si affectum fuerit, ut nulla sit in corporis ne sine distinctione propinetur: cum uniuersum corpus aequaliter affectum fuerit, ut nulla sit in corporis partibus aut frigoris, aut caloris differentia: quæ occasio tum deniq; nobis se offert, cum iam declinare morbum intuemur, in alijs autem morbi temporibus ea danda non est: nam post illa totum calorem, quæ in se corpus habet, in oēs sui partes æqualiter diffundit. non tamē multa adesse plenitudo, aut humorum crassitudo debet: quandoquidē, ut scriptum reliquit Hippocrates, subito, confertimq; replere, periculosum est. quam ob rem melius est, ut aliquid cibo paulatim adijciamus: quæ ex consuetudine agrotanti metiri semper debemus. nam si semel modo cibum assumere assuetus sit, tu potum semel tibi offeres. si bis in die, tu quoq; bis dato. incrementum potus, atq; additio forbitionibus in morbis siccioribus non conuenit: si quidē tales morbi ualentiores, quam ptissana sit, potus postulat, ut copiosius humectetur. sicci autem morbi sunt pleuritis, peripneumonia, & ad summam, thoracis morbi, cum scilicet in eis nulla adhuc spumata reijciantur. ac qui secum, uentriculum, intestinaq; oblidet, cum nihil excrementum, aut quod educitur, dicitur, nec quantum satis sit, nec notabile, sic dicuntur. quæ uero in arterijs, uentrisq; siccitates uersantur, ex lingua, ex rimaq; cute dignoscuntur. ita quæ caput uexant, cum nihil aut palato, aut naribus expurgatur. simili quoque modo inflammationes, ulceraq; sicci morbi sunt, cum in eis nihil in sanie abiens excernitur. huiusmodi autem in morbis parare ptissanā non conuenit. utpote quæ humectare eos non possit, quæ non admodum humectet ea, quæ multā, ualidamq; humectandi facultatē postulant: & noxā ēt repletionis corporibus afferat. quod si corpus sit humidius, atque aliquid a pulmone expuat, tum semper eius adaugenda portio est, eiq; adijciendum. nam cum humores, qui in corpore sunt, humectet, tumiq; se eius adaugenda portio est, eiq; adijciendum. nam cum humores, qui in corpore sunt, humectet, tumiq; se eius adaugenda portio est, eiq; adijciendum. nam cum humores, qui in corpore sunt, humectet, tumiq; se eius adaugenda portio est, eiq; adijciendum. nam cum humores, qui in corpore sunt, humectet, tumiq; se eius adaugenda portio est, eiq; adijciendum.

In greco lib. uendite legitur. *Abundans, pro d'p'um.*

Antiqua uerbo uidetur non parum ab eo uariare, quod uic habetur in greco lectio, ita enim habet. Hanc autem & coxa tendit fortiter & cura firmatur in huiusmodi labore. Vbi apparet loco eius, quod nunc habetur in greco, quod id est lilius, antiqui interpres habuit. *telegor. i. co. xi.*

Valerio Centennio Vicentino interprete.

ARGUMENTVM LIBRI.

Paruæ Pilæ exercitationem ceterarum omnium saluberrimam ac præstantissimam esse.

Optimam esse exercitationem corporis, quæ animi oblectationem committam habet.

Cap. 1.



Quam quidem ad bonam ualitudinē conferat exercitia. o Epigenes, quamq; ipsa opus sit cibaria antecedere, ab antiquis præstantissimis, tum philosophis, tum medicis sufficienter traditum est: quam uero illa, quæ ex paruâ pila habetur, exercitatio alias omnes excellat, hoc nondum satis priorū quispiam explicauit. Aequum igitur est, ut, quod hac in re sentimus, id nos in mediū afferamus: tu autem dictorum eris iudex, quippe qui omnium optime eius artem exercueris, ac uero ijs sane utilia dicta esse uidebuntur, quibus uel tu commētariorum hunc fueris impertitus. Ea nanque (ut abitor) omnium conducēntissima est exercitatio, quæ non modo corpus fatigare, uerum etiam animam oblectare possit. & protecto, qui leporum, ceruorum, aprorum, ceterorumq; id genus insectationem, nec non aliam quamlibet uenationis formam adiuuenerunt, uoluptate, oblectamento, & cupiditate laudis, horum laborem temperantes, illi sapientes, & humanæ naturæ peritissimi exitere. tantū enim in ipsa potest motio animæ, ut & multi præ sola lætitia morbos euaserint, nulli ēt præ moerore agrotauerint. Neq; ulla est tū uehementis corporis passio, ut affectiones animæ tuncat. nō igitur paruipendere oportet huius motionis dignitatem: immo uero longe magis, q̄ corporis motus obseruare, r̄ alijs de causis, tum q̄ corpore dignior sit anima. Hoc igitur omnium, quæ cum uoluptate coniunctæ sunt, exercitationum commune: alia uero earum sunt propria, quas nobis ex paruâ pila comparamus: quæ nos nunc exponemus.

Pilæ exercitationem apparatus facilitate, ac motuum uarietate ceteris omnibus præstare.

Cap. 2.

Pincipio quidem adest facilitas. si igitur consideraueris, quanto egeant apparatus, & ocio, tum cetera omnia uenandi exercitia, tum quæ lepores, ceruos, apros, atque id genus alia, canibus insectando fiunt, tibi manifeste constabit. neque ciuilibus addictos negocijs, neque artifices ipsos ad huiusmodi exercitia accedere posse. Multa enim hæc, atque admodum liberum hominem exposcunt: hoc autem solum adeo familiare est, ut ne quidem infimus eius indigeat apparatus: non enim retibus, non armis, non equis, non uenatorijs canibus, sed pila sola, & quidem paruâ opus est. Adeo uero actionum aliarum rationem habet, ut earum nullam sua causa nos deserere cogat: quid uero unquam commodius esse possit, quam quod & humanam fortunam omnem, atque actionem admittat? Vt nanq; uenandi exercitij nobis non adest facilitas: diuitias enim instrumentorum apparatus suppeditantes, ociumq; liberam opportunitatem attendens exigunt: paruæ autem pilæ exercitationis instrumentorum apparatus uel infimis (ut dictum est) facilis existit: atque utendi occasio uel plurimum negocijs addictos expectat. Commodum igitur, quod in huiusmodi exercitationis facilitate consistit, tale est. Eam uero aliarum omnium quam integerrimam esse, hinc potissimum cognoueris, si quidē ipsarum uniuersuiusque uim, & naturam intueberis: alias enim singulas inuenies, uel uehementes, uel mites, uel corporis inferiora magis, uel superiora, uel præter ceteras partem aliquam, ut lumbos, caput, manus, aut thoracem mouentes. Quæ autem omnes corporis partes æqualiter moueat, possitque & in summam uehementiam tolli, & in minimam motionem deprimi, aliarum nullam inuenies, illa excepta, quæ ex paruâ pila habetur exercitatio. Hæc inquam concitatissima uicissim, & tardissima, & ad placitum, utque corpus tolerare uisum fuerit, uehementissima, & remississima fieri consueuit: sic uero & simul omnes corporis partes, eum hoc præstare uisum sit, & quædam præter ceteras, cum hoc itidem uideatur, mouere licet. Cum enim inuicem congregiueris, seque, ne constitutus in medio pilam excipiat, mutuo uerantes laborauerint, maximum id, uehementissimumq; est, multis utpote colli obaerentionibus, multisque palæstricis complexibus commistum, adeo, ut & caput, & ceruix, & colli obuersionibus: latera uero, thoraxque, & uenter, faciei elationibus, ac depressionibus, espulsionibusque, ac obnoxibus, alijsque palæstricis prehensionibus fatigentur. [Eodem autem exercitiationis genere, lumbiq; uehementer, ac incessus fundamenta curua tenduntur:] progressus uero, & in obliquum saltatio non paruam est crurum exercitiam.

Pila ludum omnes corporis partes exercere, imperatorisq; arti maxime assimilari.

Cap. 3.

Immo re uera id solum est, quod omnes eorum particulas summa cum iustitia moueat: diu enim pro...

Pila ludum temperatam reddere naturam, ac de uaria ludendi ratione.

Cap. 4.

Exercitium igitur id potissimum commendauerim, quod bonam corporis ualitudinem, ac partium...

Græca lectio habet... ita melius uerbi posse uideatur. Et datam occasione mento arripere. Græca uerba quæ sunt...

Opus, aut nihil aut omnino paru admittens, magno cum conatu proiciat, inferna quid sit, superna uero uehementius mouet.

Pila ludum periculo maxime vacare.

Cap. 5.

Reliquum autem sermonis nostri absoluitur. Animo est enim præter bona, quæ mihi dicta sunt, huic exercitio non nihil etiam addere, neque ullo pacto, quod citra pericula sit, quibus aliorum...

GALENI DE SANITATE TUENDA LIBRI SEX.

Thoma Linacro Anglo interprete.

Diligentiissime ad antiquorum exemplarium græcorum fidem recogniti.

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI.

Instituit rationem tuendæ sanitatis in tota hominis uita, ac in primo libro summam quandam proponit earum rerum, quibus hæc ipsa ars tuendæ ualitudinis continetur, & uita...

Quæ præcipue medicine partes, quid sanitas.

Cap. 1.

A. M. L. J. d. r. c. l. p. 105, A



D

VM VNA sit ars, quæ corpori hominis tuendo dicata sit, ut alibi a nobis ostensum est, eius primæ ac maxime partes sunt duæ: quarum alteram sanitatis tuendæ, alteram morbi profligandi facultatem appelles.

De nutrimenti necessitate ex duplici causa nostræ corruptionis.

Cap. 2.

A. M. L. J. d. r. c. l. p. 105, A

SANE, quæ corpus nostrum lædunt, corrumpuntq; ea sunt genere duplicia. Altera nobiscum congenerita, & quæ uitare nequeas, quæq; ex ipsis generationis principijs ueluti radice oriuntur: Altera, quæ

morem mergendo, simul de natura uigore periculum facere, simul corpus ipsum roborare? Quippe, si E...

et per se i. expe...

et per se i. bo...

Sane uinum quam diuissime, qui ea natura puer est, ne gustare quide suaferim: quippe quod haustu...

Aliqui in co...

et per se i. uita...

Amen uicinū nebulosus est. Nec, qui editis undiq; mōtibus in cauo loco clausus nullū recipit perflatum.

Ratio tuenda sanitatis secūdi & tertii septenarij, ac de uis singularum...

Cap. 12.

Q uare rursus ad optimi status puerum reuerſi, secundum septennium eius explicemus, & cuius rē...

Mores spectant, hac maxime ætate perfici absoluī; conuenit. Sin corporis membra roborare hactē...

Docendumq; quemadmodum, qui optimum corporis habitum est nactus, ab omnibus, quæ ad publi...

Quarta classis.

Cap. 4. cultatibus,

quædam intro denotata, quædam foris adnota: antequæ hæc omnia exercitatio. Nam ea quoque tum...

A. l. 1. f. 3. d. 1. c. 1. p. 112. E

* Quædam dicitur, i. qualitas qua corpora difficulter patiuntur ac alterantur.

Compendium primarum generum, quibus ars sanitatis tuenda continetur. Cap. 15. Nunc enim in compendium redigere totum opus placuit, quatenus nulla materia lateret, cuius est...

Cap. 15.

† Addendum ex antiq. cod. tã quantitatẽ.

† Quædam dicitur, i. qualitas qua corpora difficulter patiuntur ac alterantur.

Interpres uideatur legisse...

A. l. 3. f. 3. d. 1. c. 7. p. 112.

Differentias omnes ac vires frictionis, & exercitationis explicat, ac docet, quo pacto sanitatem in tertio septennio tueamur.

Prescribit hæc præcepta homini, qui animo & optime sit liber.

Cap. 1.



RTI, quæ de sanitate tuenda instituitur, summam scoposque proximum uolumentum edocuit. Nunc singula membratim distinguere tentandum, initio rursus ab ijs sumpto, in quibus proximus liber est finitus.

Interpres uideatur legisse...

Qui differat a labore & motu exercitatio, tum de eius usu & tempore, ac præparatoria frictione.

Cap. 2.

Quodnam igitur propositæ artis initiu ceperimus ad eius tutelam corporis, quod & optime sit nota & tertium ætatis septennium iam ingressum, & ceteris posthabitis omnibus uni corporis curæ uacat.

opus, ipsum scilicet carnis incrementum: obscurum uero pauca, quippe qua nec auget, nec minuit carnem, nec omnino euidens aliquid uidetur efficiere, nisi quod parum calfaciat id omnis frictionis commune opus est. Quare, cum neque euidens aliquid efficit, & quod facere uidetur, proprium eius non est, sed omnis frictionis commune, non sine causa est (ut arbitrari) omnia. Quod igitur omnis frictionis calorem accedere commune opus sit, non satis, quod ab Hippocrate prodatur, dignum preceptum est. Quid uero quaeque frictio proprium efficiat, id ut Hippocrati necesse tradere, ita nobis certe utile erat dicere. Reductis enim, ueluti in elementa, simplicibus differentijs uniuersam frictionum rationem abfoluit, quemadmodum carnem adicias, quemadmodum detrahas, quemadmodum corpus mollias, quemadmodum constringas. Cum his una proxima se promunt tum media earum opera, tum ea, quae per coniugationem faciunt. Media quidem, cum neque ligare corpus, nec soluere, nec carnem augere, nec minuere studemus: quae uero per coniugationem, cum, uerbi gratia, pariter colligare, & carnem addere. Quis enim non uideat, cum duram carnem adijcere corpori uolumus, frictionem durum & quantitate mediocri modo esse petendam: ueluti cum mollem addere studemus, frictionem mollem & quantitate mediocrem adhibendam, & per alias coniugationes ad proportionem? Quas non nulli gymnastarum, tanquam sua ipsorum inuenta, tradentes, dum Hippocratem accusant, ipsi uehementer delinquunt, & quod eum, qui de his primum precepit, inrita laude fraudant: & cum eius inuenta sibi tribuant, etiam (quod atrocius multo est) calumniari hominem non dubitant. Accedit, quod nec simplices differentias apte inter se alternant. Decuerat enim (arbitror) eum, qui recte ad particulares complexionum descendere uoluit, nec uniuersas senario numero comprehendere, ueluti Theon facit, nec aliquid earum proprium uel quantitatis uel qualitatis opus ornittere, quemadmodum in mollis simul & multae opus mollis in dura simul & multae, effectum multae praetermississe eum offendimus: sed has quoque adiecit, & particulares coniugationes nouem fecisse. Quippe tres, quae a qualitate frictionum sumuntur differentiae, si eas tribus, quae a quantitate ducuntur, iunxeris, nouem coniugationes effeceris, sex, quae a Theone sunt positae in ijs, quae paulo supra memorauimus, uerbis, & tres, quae ab eo sunt praetermissae, dum media mollis duraeque omisit: quanquam ne intelligere quidem neque mollem frictionem neque duram fas est, ut non simul intelligatur & mediocris. Cum si tres quantitatis differentias iunxisset, nouem ita uniuersas frictionum differentias effecisset, non sex. Eas ipse nunc in descriptione exponam, in qua duorum uersuum, qui superne deorsum pinguntur, priorem qualitarum intelligi uolo: secundum quantitatum.

Qualitates.	Quantitates.
Dura	{ Pauca
	{ Multa
	{ Mediocris.
Mollis	{ Pauca
	{ Multa
	{ Mediocris.
Mediocris.	{ Pauca
	{ Multa
	{ Mediocris

Nouem harum, quas descriptio complectitur, coniugationum, cum Theon sex primas tradidisset reliquarum trium certe non meminit, ipse secum manifestissime pugnant. Si enim exiguae ac multae media quaedam est, quam mediocrem uocamus, etiam mollis duraeque altera certe media erit, quam mediocrem moderatamque appelles. Sane meminisse per omnem sermonem conuenit, haec omnia in respectu collationeque dici: quando, quae huic dura est, alteri pro molli sit: & quae mediocris, immodica, & quae pauca, multa: & quae alij multa est, aliter quodammodo affecto sit pauca: hoc uero & Theon fateatur. Nec fieri sane potest, ut, qui mediocrem in qualitate frictionem praeterit, non longe aberret. Ac mihi quidem uidetur Theon inde adeo in hunc errorem lapsus, quod Hippocrates de ea frictione subricuit: H adeo ut hinc deprehendatur nihil proprium & suum de frictione Theon protulisse, sed perperam Hippocratis inuenta tractasse. Non enim a pueris statim orsus, & sub praepotore, senis scripta perlegit: cum fateatur ipse primum athleta fuisse, deinde hoc exercitio deposito ad Gymnasticum se contulisse. Atque mediis fidijs non, quo hominem uituperem, apposui, quem alioqui inter primos gymnastas cenleo, sed quo ista lecturos doceam, haud facile esse ueterum libros intelligentia consequi, si desunt, qui ea curiose enarrant. Nam, quod ex praecipue breuitatis dignitate fuerit dura mollisque frictionis mediam silentio praeterire in ipsa enarrationis serie, id ante a nobis iam dictum est. Quod autem talia a nobis praeteriri non debeant, id quoque & ostensum prius est, & nunc nihilo secius ostendetur. Si enim tam mollis frictio, quam dura in respectu collationeque non solum subsistentiam, sed etiam intelligentiam sui habet, etiam mediocrem in simili respectu collationeque constitui necesse est. Finge ergo tale esse corpus, quale propositi nobis in hoc libro uerbi gratia esse praesumpimus, sanum profus, & omnis excessus medium, ita ut neque molliorem hunc effectum uelimus, neque durior, sed ne carnis eius modo adiectum quicquam, detractum ue: Nunc igitur ita se haberi corpori aut duram, aut mollem frictionem admouebimus, aut etiam multam, aut mediocrem? Ego plane quamlibet harum inutilem cenleo: quippe cum a dura durius, a molli mollius, a multa gracilius, a mediocri crassius reddetur: quorum nullo ei est opus, immo praesuntantias

* Eni dicitur
multos. i. in tot
mulla aut tabella.

A tius mediocritatem ad unguem seruari. Quare neque duriter id, neque molliter, neque multis frictionibus, neque quantitate mediocribus, sed [pauca, & qualitate] mediocribus intricabimus, nihil ultra moliri, quam ut ad exercitandum praeparatus, ac rursus, cum iam satis exercitatus sit, apothetrapia curemus. Vocetur, autem nobis, sicuti recentioribus gymnastarum, apothetrapia, ea frictionum portio, quae post exercitationem adhibetur. Sane Theon nullam ex ijs, quas protulit, coniugationibus, eiusmodi corporis naturae accommodare potest: cum sex in uniuersum nominatim priores tres, mollis: reliquas, duras: & neque mollium cuiusquam eiusmodi corpus egeat, neque durarum, sed eius, quae harum media sit, quam scilicet mediocrem in qualitate dixisse par est. Liquidumque patere iam arbitror, quantum topere lapsus Theon sit mediam duram mollisq; praeteriens. Siquidem ad optimum statum corporis nullam harum, quas protulit, coniugationum, accommodare fas est, nec cum integra plane ualeat durum corpus frui, nec etiam, sicubi corrigi postulat. Quippe, ubi plane ualet, sola praeparatoria frictione eget: quam exiguam, ac mollis duraeq; mediam esse ostendimus. Vbi iusto gracilius crassiusue effectum est, non tamen in qualitate alterata caro quicquam est, sed plane mollis ac durae medium modum seruat, si quidem emaciare studemus, & multam, & qualitate mediocrem adhibebimus: si reficere, tum qualitate, tum quantitatis ratione mediocrem. Has tres coniugationes ultimo loco post sex in descriptione exposui, hoc consilio, ut omnes eas a Theone praetermissas indicarem. Quoniam igitur non solum praetermissas ab eo, sed etiam utriusque easdem praetermissas disputatio nostra docuit, deinceps tempestiuum arbitror ad ea, quae paulo ante distulimus, reuerti: ac primum illud, quod doctrina ea, quae per rerum elementa traditur, ceteris sit utilior: quippe quae & sub compendium rem omnem cogit, & memoria affigit, & reminiscitiae facile suggerit, ac omnium, quae singularem agentur, recta uisum prompte suppeditat, eum ad pauca & certa elementa referens. Quis enim non facile membratim frictionum differentias, utum, ac uires inueniat, si semel intellecta senis sententia, postea dictionem eius memoriter teneat, quae uidelicet docet constringere quidem frictionem duram, soluere mollem, corpus adimere multam, augere mediocrem posse? Ex horum namque uerborum ac memoria, primum sane, quae omittit in uerborum contextu sunt, differentias inuenies: mox omnibus inter se complicatis, non tam coniugationes efficies, quas paulo supra descriptione sumus complexi: quas neque inuenisse, neque memoria tenuisse promptum sit, nisi, quam Hippocrates tradidit, elementaris doctrina praecesserit, omnium frictionum ratione in prima principia reducta. Ex quibus profus inuentis non ea modo, quae nunc sunt inuenta, nobis suppetere, sed etiam omnem corruptam doctrinam iudicandi facultas superesset. Quippe id methodi, id est (sicuti ueteres interpretantur) iula & rationis proprium maxime est, ut ex paruo elementari principio ad singula membratim peruenire possis: tum, quicquid perperam est dictum scientificis id theoreticis, ueluti regula quamquam, possis iudicare, peruersas opiniones examinans. Quod igitur neque alius quilibet recte de frictione sentit, neque Theon ipse gymnastes, tamen eruditius ceteris de ea locutus, & qui eum sunt secuti, satis haec sunt.

De nominum significatione, quibus frictionum differentiae & affectus, qui ab eis sunt, explicantur.

Cap. 5.

Superest ex ijs, quae ad hunc locum distulimus, ut de nominibus ipsis differamus, nequis eorum numero deceptus pares numero affectus cum ipsis appellationibus existimet. Duri n. uocabulum de quadam corporis affectione proprie dicitur, quam nec interpretari quidem, qualis sit, pluribus est opus, nemine nec ex uoce ipsa non ad rei ueritatem perducto. Ad eundem modum & mollis uocabulum. At rari & densi uocabula non perinde euidenter ipsos corporis affectus significant propterea, quod duplex eorum nominum usus obseruatur: alter eorum, qui proprie loquuntur, alter ab utentium. Ac proprie quidem rarum accipimus, quod meatus, quos graeci *μεινω* uocant, magno per totum obtinet: sicuti educto densum, quod eisdem paruos. At per metaphoram, siue ab usum, siue quocumque, alio genere appellasse libet, de laxo coactoque: haec ipsa uocabula dici audias: hac enim ratione & aerem & ignem aliquando rari dicimus, aquam & terram densas, scilicet ad elementa ipsa translatis appellationibus: quae tamen & unita sunt, & ex similibus natura partibus constant, nec ullos eiusmodi meatus obtinent. Multo his longius a proprietate recesserunt illa, quae per metaphoram, ambo sunt dicta, nempe constrictum, & colligatum. Illud de denso & duro, modo quidem utroque seorsum existente, modo in idem conueniente: hoc rursus de ipsidem dicimus, non tamen eadem metaphora. Nam quoniam omnia, quae colligata sunt, eadem ad motum impedita sunt, ita nimirum nominantur, & quae ob siccatatem aliquam frigus, phlegmonem, scirrhum, tensionem, repletionem, aut pondus agere mouentur. Eandem ob causam & contrarijs nominibus in contrarijs affectibus utuntur, remitti aut resolui, aut laxari dicentes. Oportet autem non nominum inspicere numerum, sed affectuum genera duplicia in totum esse existimare. Alterum, quod in similibus ipsis obseruatur, de quo molle durumue dicitur: alterum, quod in instrumentalibus meatuum ratione consistit, quod densum esse uel rarum dicitur. Hi namque corporum ipsorum proprii affectus sunt: accessit uero, & (ut ita dicam) temporarij, quod alias meatus ipsi superuacuo humore impleantur, alias sint mundi, & modo patentes, modo conuenientes.

Qualis debeat esse frictio uerbi gratia temperati.

Cap. 6.

Verum de his affectibus in sequentibus libris agemus. Nunc ad propositum redeundum: ac primum clarius adhuc de frictione ipsa differendum: nempe quod haec ipsa interdum per se corporibus

VARIA CLASSES.

H nostris

* Quidam uolunt
non esse opus
pauca talia additum fuisse.

nostris commodum afferit: interdū ijs, que cōmodū afferunt, ad eū sane modū subministrat, quem Hippocrates de deligando tradidit his uerbis: Deligatio partim ipsa sanat, partim sanantibus subseruit. Ipsius igitur frictiois effectus sunt, & quod rava densat, & mollia durat: dura uero hęc esse oīno postulat. pręterea quod dura mollit, & densa laxat: hęc contra mollis sit oportet. Pari modo, & que carnis augēda minuendę causę susceptę est, utraq; per se utile aliquid corpori confert. Que tamē ad exercendū corpora preparat, itē quę post exercitationem adhibetur, hęc exercitationibus subseruiunt. Illa modice calfaciendō & cūnes meatus recludit, simul excrementa, quę cito continet, fluxilia reddens, & solidas emolliens (appellant autē huiusmodi frictioem, preparatoriam) Altera dicitur, q̄ dicitur gręce dicitur, [latine recuatoriam ad uerbum appelles] hęc cum plũsculo oleo administrata, simul pinguedine humectat, & solidas emollit, & quę in hęc meatibus continentur, euaporat. Verum de hac post dicemus, cū de exercitatione egerimus: Sed preparatoria frictio in optimi status natura calfaciendī corporis causā suscepta, prout supra traditū est, fiat mollis primū, mox uero exercitationē aggressuro, durata nanq; maxime & mollire poterit, & ad exercitationes excitare, & corporis naturā, qualem ab initio accepit, seruare. Quod si quid aberratū sit, ad durū id potius spectet. Nā, qui breues a modo recessus sunt, ij cure tenus finientur, nullo interiorū alterato. Minus uero lædetur ipsa curis, si ad durū si mul & densum recessus a modo sint propensī: quippe ita iniurię minus oportuna fiet. Adeo, si transpiratio per huiusmodi cutim facilis esset, densissimā eā durissimāq; efficeremus. Nunc, quoniam ad utriūque minus probe esse comparatā oportet, & excrementa, quę intus cōduntur, per halitū emittēda, & foris propinquantia uolētū tolerandā, utilissimum sane fuerit mediū inter utriūq; excessum modus. Qui si quā fortasse non seruabitur, melior utiq; fuerit, quā ad durius densūq; pertinebit, quā qui ad mollius laxiusq;. Nam transpirandi defectum exercitio sarcire licebit: alterius uero affectus uitii, quod est ad externorum iniuriā oportunitas, neq; alias corrigi facile potest, affertq; pręterea coniunctum in eō modum non paruum, euaporato subinde non excremento modo, uerum etiam ipsius corporis nutrimentō. Ergo in ijs differentijs, quę a qualitate sumūt, aberrare satius est uersus eam, quę durior est, quā eam quę mollior. In ijs tamen quę a quantitate dicuntur, in proposita saltem natura & arte si quid de linquitur, aeris id, quod minus est, id esto. Semper enim eius in presēti disputatione meminisē oportet, a uigendi eiuſmodi corpus, haudquaquam siccandi studium esse propositum. Quas uero corporum naturas, & quomodo affectas amplius fricandum sit, postea dicemus.

De regione & tempore fricando & exercitando puero accommodatis, ac de mensura

frictionis & exercitiij. Cap. 7.

Nunc ad propositam materiam reuertimur, de mensura ipsa frictionum agamus ad eundem modū, quo paulo ante de qualitate egerimus. Conuenit autem hoc loco, ut prius, quā mensuram definio, alterius cuiusdam estimandi mentionem faciam, sine cuius notitia mensuram ipsam nec definiuisse recte licet, nec nouisse. Est uero quod estimandum censeo, aeris, qui fricandum corpus continebit, temperies: quam utique in re ipsa monstrare licet, explicare oratione aperte, ita ut interpretationis euidentię nihil desit, plane non licet, sed est prorsus inexplicabilis. Verum, si nō adeo multum orationi de rei euidentię desit, abunde fuerit. Pręcedit uero hanc & alia quadam consideratio: nempe quo anni tempore, & in quoniam orbis loco exercitandum statuemus. Duo enim hęcenus de eo tantum definita sunt, corporis status, & ætas. In qua uero terrę parte aut alius hęcenus fuerit, aut exercitandus nunc sit, aut quo anni die uero tempore, nihil sane constitutum est: quāquam pro harum certe cuiusq; ratione, mediocritas frictiois est uarianda. Ergo ad ea, quę hęcenus statuta sunt, hęc quoque definienda sunt, utiq; potestate inter initia operis iam tradita, non ramen interpretationis luce clare explicata. Dicens enim ueluti regulam quandam omnium, quę post dicenda erant, positum me hominem eo corporis statu, de quo queri non possit, obiter mirum etiam regionem hominis potestate definiui: cum nec optimo temperamento, nec irreprehensibili omnino membrorum modulo corpus ullum in ijs regionibus, quę a temperamenti modo recesserunt, gigni possit: cui tum ratio docet, tum experientia cōmonstrat. Quippe siccū, graciles, & ueluti correfacti in æstiuis tractibus homines sunt. Rursus frigidioris plagę incolę, inæquali temperamento uisuntur, ut quibus exteriora frigeant: interiora, atque in his uiscera, in modice caleant. Sane optimum corpus, de quo nunc sermo proponitur, ueluti Polycleti regula est: cui in nostro situm, utpote probe temperato, non pauca similia uidęas. Apud Gallos uero, Scythas, Aegyptios, Arabas, ne per somnium quidem tale usquam est uidisse. Nostrę autem regionis, quę in latitudinem non partem extenditur, id quod in medio habetur, optime sane temperatum est: cuiusmodi patria Hippocratis est. Etenim ea tum hyeme tum æstate mediocrem temperiem exhibet: uere autem & autumno multo magis. Eiusmodi igitur locum cum corpori proposito dederis, anni quoque tempus uere medium ipsi dabis. Esto uero & diei, in qua nobis exercitandum primū est, maxime, quoad fieri potest, ipse meridies: quo uidelicet naturalis temperamenti eius uis ab ambiente nullo pacto mutetur. Eadem exigit ratio, ut ne domus quidem, in qua exercitandus est, ipso præsertim die calidior frigidiorve sit, quā publicis totius urbis aer. A æstate atq; hyeme talis uel arte preparandus est, nempe hyeme calidior, æstate frigidior: quo uidelicet exacta temperie corpus frictiois tempore finatur: quando, si multo calidior frigidiorve domus fuerit, in calidiorē quidem sudabit prius, quā abunde molliatur, in frigidiorē neq; calefiet prorsus, nec molliet unquā, nec floridum tu-

A. l. i. f. 3. d. c. 4. p. 114. D. E.

o
o

F A. ibidem.

* habi eorum i. contrahunt aut submittunt, id quod paulo post effert per hanc uocē ους ἴσθαι

* ους ἴσθαι id est considerationis.

* ἴσθαι id est regione.

A. l. i. f. 3. d. c. 3. p. 114. D.

A. l. i. f. 3. d. c. 7. p. 112. E. F.

A borem ostendet, nec in tumorem attollitur. Sunt nanq; duo hęc, rubor & tumor, in aeris temperie, & corporis statu temperato, medię frictiois nota. Veluti enim, si calidam intundas, primū quidem attollitur, deinde fit gracile: ita frictio quoq; attollit quidem primū, postea contrahit, ac molem deponit. His ergo, qui carnis augendę causā fricantur, tunc plane finienda frictio est, cum corpus intumuit, prope est, ut contrahatur submittaturue. Qui autem ad exercitandum iam preparantur, ijs minime id tempus operiendum, sed longe prius desistendum a frictione est, potissimum cum optimi tēperamenti sunt, & ætate adhuc pueri, horum nanque tum humidum corpus est, tum tenerum, ac paucas frictioibus mollescens. Preparatoria uero frictiois meta finisq; est, ut solidę partes molliantur, humidę soluantur, & corporis exigui meatus laxentur. Quis uero frictiois esse debeat numerus, definire sane oratione non est: ceteri qui hanc rem perituros, hic primo quidē die minus exacta exquisitaq; coniectura utitur: sequenti uero die, ubi iam experientiam aliquam naturę illius corporis est adeptus, magis exactam certamque habebit. Quintiam de exercitatione ipsa primo certe die mensuram ad unguē definire non potest, sequentibus deinceps omnino potest. Sunt igitur hic quoque notę: Primo quidem die cum adhorrant incitantique ad exercitandum, non perinde obsequitur, sed seigniores, & minus cum frequentes, tum decentes, ac (ut semel dicam) minus ualentes tum colluctatoris sui apprehensus, tum motus obit. Porro expedit neque paulo animosiores esse, qui exercitatur, ut lassus iam uiribus etiam exercitari aueat: neque ignauum, qui integris adhuc uiribus laborem tamen dēdet. Est uero profecto talis non corpore modo, sed etiā animo, quem nunc educandum suscepimus: quandoquidē quibus frigidus succus in uentre, aut in toto corporis habitu collectus est, ij seigniores ad moriorem sunt. Pari modo & qui plethorici, id est, qui succi æquabiliter se habentibus nimium abundant, & quos recens frigus affixit, ij ignaui sunt, & ad mouendum pigri. Tam his etiam magis ita sunt affecti, quicumque natura frigidiores sunt: sicuti etiam his ipsis longe magis, quorum frigiditati etiam humor est adiacens, hi nanque mensurę exercitandi notas corrumpunt. Sicuti e diuerso, qui calidiori temperamento sunt, suę id proprię naturę ipse eueniat, siue ab accersito quopiam affectu, hi & animoli sunt, & certaminis auditi, & ad actionem plus, quā expedit, prompti. At quibus nec corpus calidius frigidiusue est, nec animus omnino iacens ac demissus, aut contentiois glorię pręcupidus, & ad actionem præceptis ijs modi exercitationum indicia integra manent, illęsq; seruantur & primo statim die, & multo magis procedente tempore. Si enim quid inter initia suffugit, id experientia ipsa edoētum, ad exactam notitiam perueniet. Non aliter & cibi modus ad certam coniecturam perducitur: qui tamen ab initio definiri nullo pacto potest: neque quotidiana experientia, cū recordatione quanturaris tum cibi, tum exercitationum, eo etiam, qui huic persicitur, nihil non sollicitè obseruante, sed semper ut tantum ciborum post tantam exercitacionem concoxit, recordante, propemodum ad exactam scientiam intellectum tempore perducit. Hęc igitur omnia etiam deficientibus ab optimo statibus communia sunt, de quibus agere nondum statimus. Ceterum optima natura, quę hęc nobis est proposita, mensuras manifestas obtinet: quę nec animi moribus, nec corporis intemperie, dictionum quicquam obturber immutet, sed frictiois, exercitationis, ciborum, ac somni mensuras aperte indicet, ac tum primū quodlibet horum respuat, cum eius ultia non egeat. Quare fuerit hoc quoque ei, qui tali corpori præficitur, non minus modi index: dico autem ipsam ad singula, quę agi debent, alacritatem, ipsa natura in optimo corporis statu modum sibi prescribente. Etenim, qui optima natura sunt, & iam ad exercitationem frictione preparantur, cum demū ad exercitandū prodibūt cum toto iam corpore abunde emolliati excalfactiq; sunt. Exercitando quoq; tū primū grauius mouebuntur, cum satis exercitati iam fuerint. Iam a cibo & potu tum primū abstinent, cum satis se impleuerint. Quare nullus in hoc homine metus est, ne quando aut iusto plus laboret, aut iusto plus cibi se ingurgitet, si naturę suę impetus sequatur: quo fit, ut neque prorsus pericissimum sibi præfici is postulet, sicuti omnes, de quibus postea sermo erit, deterioris notę homines: quippe sanum corpus ipsum sibi ipsi omnia inuenit proprio naturę suę imperi directum: maxime si in ijs, quę ad animum pertinent, recte sit educatum. Nam multi in malis morbis a pueris educati in defectu & intemperantia uiuentes, bonitatem naturę corrumpunt, sicuti contra nonnulli uitiosam corporis naturam sortiti, temperantia uitę & appositis exercitijs naturę uita murauerunt in melius. Sed de horum quidem [siue exercitationibus] siue etiam operibus sequens liber totus componitur. De ijs autem, qui optimo corporis statu sunt, & qui sanitatis tutori auscultabunt, in hoc libro agere statimus. Ac præcedens quidem de his sermo ad exercitacionū mensuram usque est progressus. Superest ergo, ut de generibus eius disseramus.

De generibus exercitacionum.

Cap. 8.

Genera exercitacionū uoco luctū, p̄crationem, pugillatū, cursum, & alia id genus: quorū alia tū exercitaciones sunt, alia nō exercitaciones solū, sed etiā opera. Exercitaciones sunt tum hęc ipsa, quę dicta modo sunt, tum præter hęc quę gręce dicuntur τὸ σπυγδίζω, τὸ ἰκπεθερῆεν, τὸ σπυγμῶ γῆν, τὸ ἄλλο γυμνασθεῖν. [Atq; hęc mox descriptione exponentur.] Præterea saltus, disci iactus, tū coryco, id est folle, pila uel parua uel magna, & per alteres corporis fatigare. Exercitia simul & opera sunt, cum sedit quis, cum iterrigat, cum arat, cum uites purat, cum onus gestat, cū merit, cū equitat, cum armatus pugnat, cum iter-

QUARTA CLASSIS.

H 2 facit

ex hinc interpolata quiete magis hauri, ueluti continuatus diu cursus, quem graeci dolichon uocant, & iter facere.

Quae exercitationes, quas partes exerceant, ac de singulis motibus, qui humano corpori continentur.

Cap. 11.

Haec igitur omnia exercitiorum genera sunt, quae, & modo dictas differentias habent, & supra has, quod alia lumbos magis, quam brachia curuae, exercent, alia spinam totam, aut pulmonem tantum, aut thoracem tantum. Quippe iratio, curfusq; curuum exercitationes sunt: actochirismi, & sciamachia, brachiorum ac manuum propria. Lumborum autem, assidue se inclinare, ac rursus reuocare: idque aut pondus aliquod a terra tollentem, aut assidue in manibus sustinentem. Sunt & qui depositis ante se alteribus, uelut interuallo distantibus, postea medij ipsi stantes inclinant se, atque attollunt, de xtera quidem eum, qui ad sinistram iacet: sinistra, qui ad dextram: tum rursus utrumque in suum locum referunt: atque hoc identidem deinceps faciunt iisdem uestigij insistentes. Hic uero motus transuersas spinas partes magis exerceat, sicuti prior ille rectas. Thoracis uero & pulmonis maxima respiratio- nes propriae exercitationes sunt. Maxima uero uox praeter iam dicta, uocis quoque instrumenta omnia pertinet: quorum enumeratio in ijs, quae de uoce edidimus, habetur. Quonia autem huc producti sumus, non alienum sit de omnibus animalis partibus tradere, & quae motus euidentes, & quae leues & obscuros obtineant: quae rursus a se moveantur, quaeq; ab alijs. Quippe eiusmodi discretio non paruam commoditatem gymnastiae afferet ad omnia animalis membra mouenda, alias a se, & propria uirtute: alias ab alijs, & per alienam. Quaecunque enim uoluntate suscipiuntur actiones, ex musculorum ner- uorumq; & quos aliqui tendones, Graeci *σπαστήρας* uocant, propriae sunt. Eadem tamen, si maiore ui & celeritate sunt, primum quidem & maxime dictas iam partes, ex accedenti uero etiam arterias exercent, cum praedictis uero ossa, uena, carnes, ligamenta, & cetera omnes animalis partes una mouentur. Reliquorum uero motuum, qui in animalium corporibus noscuntur, quicumque non communi uoluntate suscipiuntur, sed uel naturales sunt, uel pro animi affectibus eduntur, duplices hi genere sunt. alij enim cordis & arteriarum, alij uenarum & iecinis actiones sunt, atque horum quidem primum & maxime: secundo loco reliquarum omnium partium: quando quidem quatuor naturalibus facultatibus omnes gubernantur. Ac arteriarum quidem cordisque motus nunquam sane omnino intermittitur, ceterum magnitudine, paruitate, uelocitate, tarditate, & uehementia uarie intenditur atque remittitur, idque multis ex causis: quas omnes in opusculo, quod de pulsuum causis conscripsumus, percensui: nunc summa tantum capita delibasse sit erit. Vna igitur mutandi pulsus causa est naturalis caloris auctio, diminutioque. Altera causa est, quae ex animalis spiritus mutata quantitate spectatur. Tertia, quae ex firmitate infirmitateque uirtutis accipitur. Quarta, quae ex instrumenti ipsius malo affectu aestimatur. Verum de hac differere non est huius loci. Iam n. agrotet animal, necesse est, in eiusmodi affectibus: cum reliquae omnes pulsus mutationes etiam in sanis spectentur. Quae igitur ex aucto diminutoq; naturali calore mutatio oritur, ea pro anni tempore, nutrimento, potione, balneo, frictione, somno, & uigilia, itemque animi affectibus, & actionibus uoluntate susceptis incidit. Quae uero ex animalis spiritus alteratione nascitur, ea pro motus, qui uoluntate consilioq; initur *καὶ σπυρὶ* Graece uocant, differentijs uariatur. Quae ex uirtutum firmitate infirmitateque oritur, pro substantiae ipsius cordis & arteriarum bono contrarioue temperamento contingit. Porro uenarum opus una cum alijs instrumentis uniuersis, quaecunq; natura ad alimentum dispensationem excogitauit, pro cibo potioneque, tum uero pro distributionis in corpus, & concoctionis, & nutritionis ratione uariatur. Huius uero mutationis arteriae quoq; participes sunt. Qui uero motus, actiones non sunt, horum triplex diuersitas intelligitur. Alij namq; animantibus ex se ipsis insunt: alij extrinsecus adueniunt: alios medicamenta proritant. Et ex se quidem animalibus insunt ijs, quos ante memorauimus. Extrinsecus uero accedunt, qui nauigando, cquitando, aut gestando sine uehiculo, siue lectulo pendente, siue cumis agratis praestantur, siue per nuticum ulnas, ut infantibus: ex uirtute siue praeterea aduenientium & frictio sit. Nonnulli tamen motus misti plane sunt, ueluti equitatio. Non aut in uehiculis, praesertim in quibus stratus quietas, ita est, cum equo insideas, accidit, ut a gestante traheris, ipse nihil agas: quin spinam erectam sustinere, tum utriusq; feminibus equi collis firmiter harere & crura extendere oportet, et ante prospicere. In quo non modo uisus exerceat, sed et collu laborat, praeci- pue tunc uiscera hoc genere agitant. Porro ea salietibus quoq; aequae dimouent, uentus ijs qui uehiculo gestantur, non aequae. Quare, si quis uiscera, quae sub septo sunt, mouere uoluerit uelit, & praedictos labores adeat, & praeterea ad frictiones, quae per circuncinctam fasciam administratur, accedat. Statuatur aut, oportet, ijs, qui fricant, a tergo: qui modo in dextram, modo in sinistram manus iniiciat, acclinante apprimenteq; has ipsas partes ipso, qui fricatur. Sane concutiunt non nihil ea, quae sub septo uiscera sunt, & maxime tum respirations, tum uoces: pari modo efflatus & qui per se sunt, & qui cum cohibito compressioq; spiritu cum in tibiau sono, tum uoce adhibentur. Iam ipsa spiritus cohibito, exercitatio quaedam musculorum est, non minus certe eorum, qui in abdomine, quam qui in thorace insunt. Verum de hac post ageretur, utpote quae supra alia, quae modo retulimus commoda, etiam alia gratia non leue praestat, cuius nimirum causa ad finem exercitationis eam adhibemus. Verum ad propositum redeundum, nempe quod non pauci ex ijs motibus, qui partibus animalium accedunt, nec partiu ipsarum actiones sunt, nec earum actiones sequuntur, sed ab alijs & per alia perficiuntur: ueluti in his, qui uehuntur, nauigant, fricantur, & purgantur

A. l. r. f. 3. d. 2. cap. p. 112.

Aui. ibidem.

* Interpretetur. i. exiguos uel paruos.

A. ibidem.

Ibidem Aui.

Anic. ibidem

* Interpretetur hic loco ubi dicitur: ideo legendum est matris non totius.

* Interpretetur hic ubi dicitur: sed legendum est ubi dicitur: in no abducenti.

A purgantur per medicamenta tum uomitoria, tum aluum ducentia sit. Verum eiusmodi motus, huius de tuenda sanitate artis non est. Reliqui omnes & potissimum ijs, qui ex fructione sunt, in primis necessarii cogniti huius artis praesidi sunt: quippe ad cuius professionem spectat omnium motuum uires nouisse: sicuti reor, ad opifices ipsos spectat singulos particulares motus nosse. Hinc namq; uarietatem, quae in materia est nouit: Gymnastes uirtutis singulorum scientiam habet. Etenim, si quis me iubeat, ut hoplomachicos, id est armorum meditationis motus, uel alium doceam, uel ipse concinne peragam, sane unumquemlibet eorum obire commode nequeam. At: si cui me hoplomachicoru, cum agit, adhibeas, non modo quam uim obtineat actionum quaelibet, sed etiam quam maxime partem exerciter, omnibus illis certius norim. Immo uero (si uerum ingenuè fateri oportet) hoplomachicus nullius earum uim reddat. Qui exercitationum artem probe calleat, is omnes nouerit, singulas ad certos referens fines. Namq; aut uolentia quaedam sunt, grauesq; ac robustae: aut leues, celeres, & concitatae: aut pariter uolentiae & celeres. Has igitur obiter dum agi conspiciat, statim uis facile dignoscit: atque hoc amplius, quam utina, brachia, uel thorace actio exerceat: quae lumbos, caput, spinam, uel uentrem: quae demum alia quam partem egregie praeter cetera fatiget. Hoplomachicus enim apte numerosaeque motus perageret celeres fortasse, robustos, ac graues: ceterum, quod densent aut emacient eiusmodi motus, parum nouerit: pari modo nec quae carnem auget & rarefaciunt motus tardi. Iam idem robuste simul & tarde & grauius mouebitur, nec tamen, quod istiusmodi motibus corpori robur & grauitatem acquirit, intelligit. Auri grandi quoque peritus omnes motus particulares numerose apteq; & ad usum commodissime efficiet, sed, qui horum corpus emacient, aut carne impleant, robustum, uegetum, molle, durum, densum, rarum ue efficiat, omnino ignorat. Ita & qui pila exercere instituit, (quasiuocant) omnem pilae factum exceptumque calleat: minime tamen, quem corpori affectum hi comparant, nouit. Paedotriba quoque, quicquid in palaestra motuum geritur, pernouit: quid quisque motus efficere queat, ignorat. Et si uel femel dicam) omnes homines, artifice iuxta inter seque, quos corpore motus exercent, eorum ignouant uires, saltatores, nautae, fabri tum materiarum, tum ferrarij, piscatores, agricolae, aedificatores, sutores, omnes denique, qui quiduis moluntur. At gymnasticus ex ijs, quae ante retuli, principijs, cuiusuis actionis, etiam eius, quam nunc primum, nec ante conspexit, uim tenebit: ueluti statim saltatum prauegeti motus, in quibus nimirum, quam maxime saluim, ac celerissime circumacti uertuntur, & genu prius posito mox emicant, & crura tum attrahunt, tum maxime diuicant: & summam, in quibus ocysime mouentur, gracile, musculosum, durum, compactum, praeterea uegetum corpus reddunt. At remissi tardi & languidi motus, non solum non eiusmodi corpus, quale nunc diximus faciunt, sed contra, si natura musculorum & uegetum sit, diuersam omnino affectionem inducunt. Quod igitur paulo ante diximus paedotribam ita esse gymnastae ministrum, ut Medici coquum, id imo quoque ostensum est. Quippe coquus betam, lenem, aut prilianam alias alia ratione praeparat: nec tamen, quod praeparauit, quam uim obtineat intelligit, aut quae praeparandi ratio censenda sit optima. At medicus nihil horum ita, ut coquus, parare est potis: uerum quicquid praeparatum sit, eius uires probe calleat.

Frictionem, exercitationem, somnum, cibum, balneum, & cetera, qua proposita adolescenti adhibentur, moderata conueniunt.

Cap. 12.

Ergo gymnastes propositi nobis adolescentis, utique qui optimu corporis statum est sortitus, omniam quidem exercitationum uires pernouit: deligit uero ex omni genere, quod moderatum medicumque inter utrumque excessum est. Nam neque celeris tardaeque exercitationis optimum status eget, sed plane mediocriter ac mediae, nec rursus uolentiae & uehementis, nec remissae & languidae: immo in his quoque mediocre optimum est: quando non alterare, sed plane seruare optimum corporis statum conuenit. Siue igitur armis eiusmodi adolescentem exercitare gymnastes uelit, periculis motus meditationis armorum adscito, eum omnes sibi promere actiones iubebit, mox ipse eliget, ac discernet. imperabitq; quibus earum saepe, quibus raro, quibus mediocriter, quibus aut nunquam, aut semper exercitari eum uelit: quippe quem latere non potest, quae quodque membrum exercitatio magis ageret, quaeue cuiusque exercitationis qualitas facultas ue sit. Sine folli pilae exercitare studet, hic quoq; rursus tum genus, tum qualitatem, tum modum actionis inueniet, ipso folli pileae uerito, pro ministro adhibito, quo illi omnem eius generis actionum materiam indicet. Nam ipius propriae cuiusque artis materiae gymnastes, qua gymnastes, omnino est ignarus: uerum, ubi semel in spexit, non solum qualitatem, sed etiam uim eius protinus intelligit. Quamplurimos enim ipsi ex ijs, quibus imbecilliores quaedam corporis particulae erant, unde crebris in his urgebantur morbis, uinijs gymnasticae ope restituumus. [neque tamen omnes] proprijs exercitationibus, sed, siue quis saltator erat, siue hoplomachicus, siue paceratiales, siue luctator, siue alio quouis genere exercitatus, iussu eo nobis praesentibus, artis suae oes motus promere: mox appositissimis una cum tempore & modo defecit. Verum de correctione id genus, procedente tractatu agemus, ea superis partibus, in qua de uitiosis corporum statibus disciptabitur. Nunc optime comparato corpori suu statum tueri propositum. Porro hinc ex omni genere mediocritas adhibenda est ex frictione, exercitatione, balneo, cibo, somno, ita ut nec durior illi, nec mollior habitus corporis reddatur. Quippe hic ab extrinsecus imminentibus facile offenditur: ille corporis inhibet auctum. Praeterea nec densior, ne uidelicet in carne excrementorum aliquid hareat: nec

raior, ne quod est salubre, effluat. Simili modo, si quidem optimo habitu erat, nec solito gracilior, nec E
 crassior: cum constet gracilitatem externis iniurijs, crassitudinem ipsius, quae interna ab ipso corpore pro-
 nentibus esse obnoxiam. Pari modo neque calidius, frigidius, siccius, uel humidius efficere eiusmodi cor-
 pus expediat, siquidem inculpato temperamento erat. Vnum igitur est, quod in ita se habente corpore
 est spectandum, nempe in omni uenda sanitatis materia, quod conueniens mediocresq; est. Porro id
 est inter utrunque excessum plane medium. Quemadmodum autem huius maxime sis compos, supra
 iam dictum est. Ceterum de his quae maxime necessaria sunt, uel saepius meminisse non sit profecto in-
 uirile. Prima ergo dies crassiorem coniecturam praebit, secunda uero, tertia, quarta, & reliqua quae-
 libet, pro ratione magis exactam. Quippe in prima die omnia tibi pro dietis iam scopis sunt peragen-
 da. Exuat se, sicut Aegimius praecipit, ubi in lotio iam perfecta concoctio cernitur. Mox frictionis ratio
 huc spectet, ut membra molliantur. Docebit id tum floridus color, qui in summa cute relidebit, tum ar-
 tuum flexibilitas, habilitalque ad omnem motum. Post haec exercitetur, dum & corpus intumescit, &
 color illi floridus apparet, & motus prompte, aequaliter, & concinne edit. Inter haec uero sudorem cum
 calido uapore mistum cernes. Inhibenda uero exercitatio tum primum est, cum aliquod horum fuerit
 mutatum. Quippe, si contractior paulo corporis moles uidebitur, desistendum illico est. Si enim ultra quid
 pergar, etiam boni succi non nihil educetur: atque ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius, atque ad in
 F
 crementum minus habile. Non minus profecto, & si coloris gratia uanescat, cessandum est, quando, si
 exercitationem continues, frigidum corpus efficies, & nimium exhauires. Iam motuum alacritas, & qua
 bilitas, uel concinnitas si remitti quippiam collabique cernitur, utique statim desinere conuenit. Idem
 si in sudore accidat ulla qualitatis eius quantitatisue mutatio, quippe quem & copiosum magis, & ma-
 gis incalentem edi par est, prout motibus uehementiar plus accesserit. Cum igitur is aut minor intelli-
 gitur, aut frigidior, tum scias digeri exhauirique corpus, praeterea refrigerari ac siccatum plus iusto. Quo
 magis sollicite attendendum exercitando corpori est, ut, cum dictatum iam notatum quelibet apparet,
 protinus cesset. Nec tamen protinus lauatum ablegandum est, sed summam exercitationis intentio-
 nem, quam *de uis* Graece uocant, remittere sistereque iubebitur. Quod si illa cohibendo anheliu imple-
 re uelit, perfundi oleo, atque apothepia uti deinceps debebit. Porro, ea cuiusmodi res sit, simul qui
 sint in ea scopi, & quae mensura, praeterea quibus absoluitur tum motibus, tum frictionibus, sequenti li-
 bro monstrabitur. praesentem enim utpote satis uerborum habentem, iam commode uideor finiturus:
 si modo illud unum adiecero, lauatum, quod omnino medio temperamento sit, ad propositam arate
 naturamque esse eligendum. Propositum namque est, si recte meminimus, tertium a partuitate septen-
 niu, id est quod inter quartumdecimum ac unum & uigesimum annos interuenit. Quo utique frigida
 lauati adolescentem adhuc nolim, ne incremento eius (cui plurimum est consulendum) sit in mora. Vbi
 uero iusta magnitudine implet, etiam de frigida lauati aliquod dispiciemus. Simili ratione & de
 exercitationibus, quae in puluere obeuntur, exquisitijs in sequenti sermone agemus. In praesenti illud
 nouisse satis erit, ne puluere quidem huic adolescenti opus esse modo illi, in qua exercitabitur, diuinus
 ad eum modum, quem inter initia praecipimus, preparata sit. Verum, si calidior sit, tum puluere utendū
 At eo si utetur, omnino erit lauandum. Sin non utetur, liceat & illotum diuinitere praesentem hyeme.
 Post haec uero & quae ad cibum, portionem, somnum, ambulationemque pertinent, conuictanda huic
 sunt, qui adolescenti praesentur: & in sequentibus a nobis dicentur. Verum fieri non potest, ut modi ho-
 rum primo saltem die ratio illi exacta constet. secundo, ubi exploratum habuerit, quomodo post quot
 exercitationes nutritus adolescens sit, si proprium naturae habitum profusus seruare uiderit, eodem ser-
 uato modo tum nutrit adolescentem, tum exercitabit. Sin non seruauerit, quacunque ratione a pristi-
 no habitu est lapsus, reducere eum mutata mensura tentabit: itaque facere non desistent, quoad in singu-
 lis peragendis exactum modum definiuerit. Quot uero, & qui sint praeter naturam lapsus, ac quemadmo-
 dum quemlibet tum agnosce, tum reparare conueniat, in sequenti opere docebitur.

A.I. 1. f. 3. d.
 c. 3. p. 174. D.

Hic nihil de
 est. uide Or.
 6. coll. 15.


I Locus hic &
 in Graeco m
 itas uidetur:
 ex antiquo gi
 tur codice re-
 stitui debet
 huc in modū,
 κοινός μὲν οὖν
 ὁ ἀποθεράσσει
 πὸς ἀληθινὴν
 μυστήριον τὸν
 ἄνθρωπον καὶ
 τὸν δαίμονα ἐρ-
 γῶν ἀναγκασιῶν
 ἐν τῷ βίῳ δια-
 σπαστέων
 οἷον ἢ τῶν
 σπασμάτων. ἰ. ε. οἷς
 igitur prius sco-
 pus est omni
 exercitatiōni
 cū athleticū,
 cū uotum, qui
 opus aliqd ut
 te necessarium
 exerceret ut lo-
 dicentium.

ARGUMENTVM LIBRI.

Plenam lassitudinum & ceterorum affectuum dignotionem ac curationem exhibet,
 quatenus exercitationes sequuntur, & sunt sanorum,
 hominum symptomata.

Quid actum superioribus libris, quid hoc agendum.

Cap. I.



MEDICORVM gymnastarumq; qui de sanitate tuenda prodiderunt, alij om-
 nium hominum communia praecipua tradiderunt, nihil usquam cogitantes
 de corporum nostrorum per species differentia. Alijs dissidere inter se corpora
 nostra non paruo discrimine placuit, eorum tamen differentias, ceu comprehe-
 di plane uniuersae nequeant, consilio omiserunt. Pauci omnino, qui per spe-
 cies & genera discernere sunt aggressi, plura perperato, quam recte, scripse-
 runt. Nos primo statim uolumine, quot numero species humanorum corpo-
 rum sint, indicauimus, promissumq; singulis propria tuenda sanitatis praeci-
 pra seorsum tradidimus. Orsi autem sumus ab eo corporis statu, in quo queri de ullo uaturae uitio non
 possit. Quoniam autem is homo negociorum interdum occasione, uel sponte, uel inuitus pro secunda
 ualitudinis praecipua uiuere prohibetur, satius uisum est primum eum liberum, suaq; plane spontis, ac
 tui corporis ualitudini uacantem proponere. Ac, quemadmodum quidem educari eiusmodi homine
 conueniat, primo libro docuimus, ad quartumdecimum usque annum curam eius persecuti. Secundo,
 qua ratione ad uitilem aratem duci debeat, indicauimus: ubi longior sermo incidit, postquam in com-
 munita salubris artis capita denerit, sine quibus ne de proposita quidem arate naturaq; exacte differe-
 re licebat. Omnes enim tum frictionis, tum exercitationis differentias enumerauimus, non mehercle
 particulares, (nisi sicubi has obiter exempli causa, non necessitatis referre ex usu fuit) sed quae genere
 C ac specie sunt distinctae. Ergo in frictionibus quidem quam mollis duraque, & aere has medioeris, fa-
 cultatem obtineant, interpretati sumus. Adiecit & differentias, quae a quantitate sumuntur, nu-
 mero tres: mox quae ex coniugatione harum oriuntur: omnes in totum numero nouem, etiam potesta-
 te singularum exposita. In exercitationibus uero enarratis, quamnam acura ueloxq; uocetur, quamnam
 hebes tarda que, ac quae harum mediae praecipuaeque natura saltem sint, itemque quae ualés ac mollis, praeterea
 grauis leuifque, quaeque harum sine media, simili modo tractatis, docuimus optimum corporis statum per
 omnia, quae mediocritate conuenientiaque sunt, quae eadem media plane excessum sunt, agi debere, idq;
 tum in frictione, tum exercitatione, tum balneo, tum alimēto, omnibus denique, quae salubrem uictus
 rationem complent, polliciti sumus, sicuti de frictione exercitationeq; fecimus, ubi in genera quaer-
 dam communia speculationem reuocauimus, quo simul recordati facili, simul certa ratione uiaq; tra-
 dita doctrina esset, ita & in reliquis omnibus facturos: ac primum quidem de ea, quam apothepiam
 uocant, acturos: quandoquidem ea proximo loco tractanda in superioribus est proposita. Quippe ubi,
 quousque intendere augeatque exercitationem oporteat, quod ad sanitatis rationem pertinet, praeci-
 piamus, sinem quoque sequi debere diximus apothepiam, de qua nunc agemus.

De apothepia, quae post exercitationes tum frictione, tum alijs ingenijs
 adhibetur.

Cap. 2.

Est igitur unum quidem primum, quod ea genere duplex est. Altera quidem exercitationis ceu
 pars, altera eius ceu species. Ac de ea quidem, quae ceu species censetur, post dicemus: de ea ue-
 ro, quae ut pars habetur, nunc agendum. Omnis exercitationis probe peractae postrema pars apothera-
 pia dicitur. Et duplici consilio suscipitur, & ut excrementa expurget, & ut corpus a lassitudine tutum
 reddat. Prior causa etiam exercitationi communis est: quando eius quoque duplex omnino propo-
 situm est, & ut solidas animalis partes firmet, & excrementa expurget. Proprius tamen apothepiae
 scopus est, ut lassitudinem quae succedere immodico exercitio solet, summoveat atque prohibeat. Ac
 athleticis quidem, & alijs qui opere corpus fatigant, sicuti qui uel rodunt, uel iter agunt, uel remigant,
 uel tale quippiam opus uitae necessarium obeunt: praesto lassitudines adiuuant, nisi apothepia deuicentur.
 Verum, de quo hoc loco agimus, optime comparatum corpus, quod ab omni seruitute est liberum,
 & tui sanitati uacat: raro lassitudine tentatur. Sicuti enim athleticis, quos labor maximus exercet, nul-
 lo alio exercitandi genere obnoxij lassitudinis sunt, praeterquam eo, quod ab ipsis absolutum dicitur,
 ira nec qui uitam degunt liberam, & qui tantum ualitudinis tuenda gratia exercitantur, usquam lassa-
 buntur, propterea quod humilissimo exercitium adire nulla necessitate coguntur. Athleticis enim neces-
 se est (quo uidelicet ad immodicos in certaminibus labores etiam totum diem aliquando continua-
 tos

tos preparato iam corpore sint) absolutissimum illud exercitium (ipsi *κατασκευάζουσι* uocant) aliquando ob-
eant. Verum, qui tantum tuende bonae ualitudinis causa exercitantur, ijs nec necessarium, nec utile pla-
ne est immodicos labores adire: itaque his nullus instat lassitudinis metus. Nihil scilicet tamen istud apo-
therapia utatur, nisi nullo lassitudinis timore, ac certe excrementorum purgandi causa: cui ex plene-
re (ut Graeci loquuntur) mensura, etiam lassitudinis securitas accedit. Nam & si ipse exercitationis mo-
dus his est a lassitudine quam maxime alienus, actionisque, omnis ratio plane circa uolentiam, fieri tamē
aliquando potest, ut gymnasten in utroque paulum quid subterfugiat: quod neglectum, si nō magnā,
certe leuam exercitatio lassitudinem concitet. Ceterum non conuenit, qui sibi uiuat, & unius corporis sa-
nitati nacet, ut uel minimum ledatur usquam. Tutissimum itaque sit apotheraia semper ueri. Quae qualis
adhibenda sit, ipsa finium, ad quos tendimus, demonstrabit natura. Nam, quoniam id petimus, ut fo-
lida uel animalis partium excrementa, quae uicque excelsa extenuataque per exercitationem in cor-
pore adhuc manent, protus eiciantur, & frictions, quae per alios administrantur, adhiberi oportet.
& cum his unā tum ipsarum, quae fricantur partium tensionem, tum etiam spiritus cohibitionem.
At quoniam nec frictionum unica ratio est, nec spiritus cohibendi, deligendum ex utroque genere
est quod utilissimum est. Atque ex frictionibus quidem, quae dura est, cogere corpora, hoc est densio-
ra simul durioraque reddere traditum iam est. Itaque res haec ad res propositas parum est accommoda-
da. si quidem quod densatur, intra se elidit: quod laxum sit, liberum excrementis exitum praebet. Ad
eundem modum quod durat, ijs, quae tensa sunt, maxime est aduersum, ut quod eorum affectum magis
adaugeat. contra quod molliat, id est utilissimum. Si igitur simul & excrementa digerantur, & quae res sunt,
molliri conuenit, durae certe frictions omnino sunt fugiendae: nec his minus a lentis cauendum ar-
bitror. Nam postquam a se corpus non amplius dimouetur, periculum est, ne frigeat, ac densescat,
dum nulla ope externa calfit. Haec igitur de causa non solum cum celeritate est fricandum, sed etiam,
quoad fieri potest, plurium manibus: quo nulla corporis pars nuda maneat. At si nec tardam esse fri-
ctionem oportet, nec duram, oleum nimirum fricando corpori largiter circumfundi debet. Id enim
ad uelocitatem simul & molliorem frictionis multum conducet: & alioqui aliud secum non mediocriter
commodum afferat quando & quae tensa sunt, remittit, & quae inter uehementius laborandum fatiga-
ta sunt, emollit. Atque his quidem de causis dura uiranda est frictio, ob alias uero mollis. quippe ea
nec alte demittitur, sed circa cutem ipsam & ei uicinas carnes deficit: nec ea, quae in angustiis meatibus
contenta excrementa sunt, elidit. Cuius profecto causa tum ipsam fricandarum partium tensionem,
tum spiritus cohibitionem iniungimus. Media igitur mollis duraque, quae eadem mediocriter est, ab
utroque incommode abesse uidetur, & mollis inefficacia, & dure uolentia noxaeque. Ea uero perfici-
etur fricantis quidem manibus ualenter iniectis ita, ut earum impressio ad duram frictionem proxi-
me accedat, ceterum pinguitudinis copia, & uelocitate mouendi catenus remissis, ut plane enadat me-
diocriter. Nam & pinguitudo ipsa ualentioris manuum iniectionis non leue praesidium est, & breuitas
ipsa contactus tantum demit de uolentia, quantum etiam de tempore. Porro tendendas obiter, dum
fricantur, partes censemus, quo, quicquid inter cutem & subiectam carnem excrementorum residet,
per cutem expellatur. Quippe ambabus ijs laxis non magis foras, quam intro ferri excrementa con-
tinget. Distentis uero ijs, quae sub cute sunt, omnia foras eliduntur, ceu gemina manu expressa: una fo-
ris, eius utique, qui fricat: altera intus, ipsi. scilicet quae tenduntur, particulis, manus uicem suppleantibus.
Ac propter haec quidem non exigua portio apotheraiae est spiritus detentio & cohibitio. Appellatur
uero ira, ubi omnibus thoracis musculis, qui circa costas habentur, inrentis coactioque: expirationem co-
tinemus. Accidit namque obiter, ut spiritus, qui a costis premittitur, dum efflat, quod clauulum sit guttur
(καταφυλαξ) Graeci uocant) prohibetur, uniuersus pessum ad transfuersum septum (quod Graeci dicitur *δια-
φραγμα*) detur: atque ut cum hoc, quae ipsi subsunt, omnia simul attollantur, iecur, lienis, uentriculus, &
quaedam alia. Oportet autem interim musculos quoque, qui in abdomine sunt (*καταφυλαξ* Graeci ap-
pellant) leuiter intendi, ut ab his unā cum septo, ceu gemina manu pressis, quae intersunt, partibus, ex-
crementum, si quod intra se habent, foras elidant. Porro mediae inter haec partes continentur, iecur, lie-
nis, uentriculus, crassi ac tenuis intestini partes, quae prominent. Loca uero ad excipienda, quae expel-
luntur, excrementa patent, tum uentris tota capacitas, tum isthic consistentium intestinorum concaui-
tas. Si uero feriari plane abdominis musculos pariter, nullius praedictorum excrementa uacuabis: quae
uero in thorace ac pulmonibus habent, ea deorsum transferes. Expediit uero, huc potius transferantur,
quam in illis maneat: tanto profecto magis, quanto etiam eorum, quae in uentre, quam quae in pul-
monibus & pectore continentur, promptior exitus patet. Haec enim (nempe quae in uentre & intesti-
nis sunt) uel euomantur facile, uel excernuntur: illa cum conatu & uiper uisus eiciuntur. Verum,
si quis, perinde ut septum, ita abdominis quoque musculos anhelitus cohibitione intendat, exquisiti-
us plane expurgabit ea, quae sub septo sunt, uiscera: non transferetur tamen quicquam a spiritus in-
strumentis ad ea, quae nutrimento sunt delegata, sed totum in ipso thorace & pulmonibus excrementum
manebit. Quare cohibitionem anhelitus id genus uinc non probomultoque minus, si quis omnino
non distente septo ualide ac uehementer contrahat musculos abdominis: quando ita necesse est uenas
omnes partesque, quae circa collum sunt, spiritu ac sanguine impleri: excrementa uero sursum atque
ad caput non deorsum & ad uentrem ferri. Inueni enim id tum in ijs, qui tibiae insistant, licet, tū qui ma-
ximam

igitur enim
si, tanquam au-
ditium.
Sed Quib. 6.
colleat. 36.
haec non licet ne-
que sunt ne-
cessario.

A. l. f. 3. d. 1.
c. 4. p. 114. E.

* Apud uicini-
tatis.

A. ibid. 114.

aximam acutissimamque uocem edunt. Siquidem his, collū omne dilatari, faciem uero intumescere, & caput
ualidissime impleri uideas propterea, quod in hoc opere, qui in abdomine musculi sunt tenduntur, dia-
phragmate his cedente. Est enim quicquid eiusmodi operis est, ueluti in ijs demonstratum est, quae de no-
ce edidimus, iustitiam ac compositam ex maxima expiratione & spiritus cohibitione: utique cum simul om-
nis spiritus efflatur, maximo nimirum facto expirato, idque cum ualidissima musculorum, tum qui collis insi-
stunt, tum qui in abdomine sunt, tensione: In ijs, qui tibiae sonant, aut acutam uocem edunt, inu-
sculis pari modo tensis: expiratione tamen nec penitus cohibita, nec tota simul emissa, sed mediae ra-
tionem seruante. Ita nimirum fit, ut trium operum cois sit musculorum tensio, propria uero in totius simul spi-
ritus efflatu: uelox, eius foras expulsio: in anhelitu cohibendo ipsa eius retentio: in tibiae opere &
uoce mediocriter emissio. Causa uero triplicis huiusmodi operis in exitu arteriae est: quippe qui in totius si-
mul spiritus efflatu latissime se pandit: in spiritus cohibitione profus clauditur: in ijs, qui tibiae sonant,
aut qui uoce acuta simul & magna utuntur, mediū quendam habitum seruat. Ac de his quidem post haec
aliquando agere necesse erit in ijs, quibus de uociferatione agemus. Ceterum spiritus cohibitio, quae ad
apotheraiam est, maxime idonea, iecur, lienem & uentriculum attollit, tensis qui in thorace sunt mu-
sculis uniuersis remissis, qui sunt in septo & abdomine. ita namque deorsum ferentur excrementa. Secū-
do autem loco habenda est, quae mediocriter eos, qui in abdomine sunt, musculos tēdit, quo uidelicet ea,
quae sub septo sunt, uiscera apotheraiae fructum sentiant. His ipsis de causis et fasciarum (quae *δύματα*
Graeci uocant) circumactus fieri conuenit: quos fricantes ipsi, cum a tergo fricandorum consiterint,
circa totum uentrem adhibent: Alios uero, cum a fronte consistentes, fasciarum circa dorsum circūiectio-
nibus utuntur, duabus manibus circūagentes: alios autem costis, spinas, & pectori, idque conuerso pariter
cum his quodammodo eos, qui fricantur. Circa lumbos uero similis fasciarum circūiectio circūactioque
fieri, tendente se ad singulas eos, qui fricantur, non tamen cum omnibus pariter se uertente: cum neque co-
tinuos motus nec uehementes contingere ei ex apotheraia conueniat, sed certe aliquos, & quibus ex
interuallo frictions sint interpositae. Quae namque & continua & uehementes frictions sunt, haec exer-
citionis, quam preparatoria uocant, sunt propriae: quae uero non continua, nec uehementes, apothera-
piae. Itaque saepe quidem reuoluatur, subinde uero et repellat: saepe et hoc ipso tempore progymnasten
mutet, saepe ipse a tergo gymnastam incumbens, ac eorum utrumque per uices ipsi circūplectens, idque cum
tensione aliqua haudquaquam urgente, ab alijs, qui commode cōtrectent, fricentur. haec. n. uel maxime ra-
tionis & calorem, qui exercitando est adauctus, seruauerit, & simul excrementa proprijs ipsius tum ten-
sionibus, tum moribus eiecerit. Ad quod sane opus, spiritus quoque cohibitio non parum mihi con-
ducere uidetur, quippe qui undique cōpulsus, in angustos se recipere meatus cogitur, eosque, si amplius
trusus propulsusque fuerit, etiam penitus transire, atque extenuati iam excrementi secum non nihil arri-
re. Ad hunc sane modum exilia instrumentorum toramina, uehementiore spiritus inflatu, expurgantes
opifices uideas. Nā, quantum is ulterius per uim coactus impellitur, tū ab ipso quaedam impelluntur, quae-
dam trahuntur, totaque uia peregrinasse proferant. Et trahuntur quidem, quae ante occurrunt, atrahuntur, quae
ad latus sunt posita, impetu ipso motus utraque coacta. Quinetiam inter ipsam exercitationem, spiritus cohi-
bitione interponitur optimi gymnastae, atque et, quae supra cōprehendimus, ipsam, quae apotheraiae debe-
tur, frictione simul hominem, cum lassitudo incipit, recreantes: simul cutis meatus paulatim expurgantes,
quo uidelicet perspirabile simul purumque corpus ad subsequentes labores sit: cum alioqui nerendum sit, ne,
si nihil tale gymnasta prouiderit, obstruat potius praedictos meatus, quam expurget propterea quod uehe-
mentissimi materiae impetus diuersis temporibus ac rationibus cōtrarios edere effectus possunt. Obstrue-
re quidem, cum crassum simul ac multum fuerit, quod conferunt ac praecipit agitur. Purgare, cum exiguum te-
nueque est, nec praeproperè nec uolenter cogitur simul omne expelli. Apparet. n. ita accidere in omnibus
tū externis instrumentis, tum uero calathorum plexibus. Quippe eluitur extergiturque: ex his omne su-
pernacuū non cum egredientibus adhuc paulatim prioribus alia uolenter a tergo irruunt (uerendum
enim interitum est, ne, quae in transitu sunt impacta innixaque, inuicē uia obstruat) sed cum prioribus, [uel
iā exeuntes,] uel plane uacuatis alia postmodum uacuantur. Et quid de exiguis meatibus miremur,
cum etiam e rheatis multitudine, quae conferunt egredi conatur, in exitu haeret? Ob haec itaque, qui et
in medijs laboribus apotheraia uruntur, gymnastas laudo, potissimumque in ijs, quos grauius (quae uo-
cant) certamina exercent. uerum de his postea. Qui autem nunc nobis propositus iuuenis est, non athle-
ticum habitum, sed simpliciter sanitarum scopum habet, quo minus aut multis exercitationibus, aut co-
acta comestione est opus, aut etiam suillae carnis copia, aut pane id genus, quo graues athletae utuntur.
Atque his omnibus de causis tendendum huic non est, ne exiles eius meatus obstruantur, si modo pro-
be est preparatus, scilicet idonea frictione, ac laboribus qui ex paruis paulatim crescant. Graui uero
athletae, nisi omnia probe administrantur, ob ciborum tum qualitatem, tum quantitatem uerendum
in exercitationibus est, ne obstruantur potius, quam expurgentur meatus.

Galenus excusatio, si forte in docenda apotheraia breuior fuisse uideatur. Cap. 3.

Ac de apotheraia quidem abunde mihi dictum iam est. Deinceps ad balnea ueniamus: illud
modo de propositis praefati, quod si quis haec paucioribus interpretabitur, is merito proficitur
sermonis

sermonis nostri accuset. Verum, si quis aut necessarium aliquod theorema, aut, quæ id confirmet, cui E
dentes demonstrationes præteriens, breuitate se usum putat, hunc non tande tali breuitate sibi place-
re, quam certe pudore affici par est. Ego uero, & si iustum uolument feribere de ea, quæ uocatur apothera-
pia, potuissim, tamen id faciendum non censui, ut qui longitudinem huius operis contrahere maxi-
me studui. Si enim ad ea refellenda, quæ perperam a plerisque sunt scripta, me conuertere uoluissim,
nec parum, nec certe leuam materiam longioris sermonis habuissim. Verum arbitror ex ijs, quæ demò
strauissim, me seminum dedisse ijs, qui saltem non plane hebetes, sunt eiusmodi omnia refellendi. Cui
enim dicat Asclepiades spiritus colubitionem caput opplere, ex ijs, quæ ipse paulo ante desinui, cum
differentias eius traderem, potest, qui uolet, hominis sententiam etellere. Similiter in secundo quoq;
uolumine hanc etiam mihi omnibus exercitationibus singillatim percensuissim, librum producere: sicuti
cum alij non nulli fecerunt, tum qui bellissime totam materiam est executus, Theon Alexandrinus. Is
enim quatuor libros non alia de re, quam de particularibus exercitijs scripsit. Quæ & mihi dixisse li-
cuit, ut qui tum melius, quam ille, interpretari potuerim, tum uero aliarum meminisse non paucarum
exercitationum, quæ sunt operibus communia. Is enim cum illud sibi proposuisset, ut quemadmodum
athletæ maxime exercitarentur, doceret, in his multum uerborum absumpsit. Potest autem, qui uolet,
& de ijs, quas singulæ artes præstant, exercitationibus differere. Atque hæc quidem ijs, qui longitudinẽ F
operis parum æquo animo ferunt, dicta sunt.

De balneis calidarum & frigidarum aquarum, quatenus ad tuendam
sanitatem comparantur.

Cap. 4.

Nunc de balneis agere tempestiuum uidetur. Ac primum quidem de aquis dulcibus calfactis, ut
quarum crebrior sit usus: mox de frigidis: postremo de ijs, quas sponte natas appellant: quarum alia
media temperie sint, uis calida & humida est: sicuti repidiores sint, humida & frigida, quod si iusto cali-
diores fiant, calida quidem, sed non perinde humida. Quippe horrere corpora, contra alique exiles eo-
rum meatus subigunt, ita ut nec madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi,
quod intus latet, quicquam emittere. Ceterum ab ijs incipiendum, quæ medium temperamentum ob-
tinent, quæ per se semper calfaciunt, & humedant. euenit tamen ex accidente, ut aut per halitum dige-
rant humores, aut supernacua fluxione (sicuti Græci uocant) corporis particulas impleant, aut molliat,
aut concoquant, aut uires firmen uel infirmen. siquidem ad hæc quantitas quoque carum non mini-
mum confert. Quin alios quoque multos lauariõis aquæ temperatæ & potabili sunt accommodati, dicuntur,
prehentis superueniant, enumerare licet, quorum qui proposito nunc operi sunt accommodati, dicuntur,
quam fieri potest, paucissimis, dilato uidelicet in aliud tempus eo, quem in morbis præstant usu. Sed,
quod ad sanitatis tuendæ spectat usum, iuuenis in sermone propositus, iam exercitatus redeat, ut prius
est comprehensum. Huic igitur prædicti balnei per exiguas est usus: ut qui omnia id ex mediocri exer-
citate, & non dicta apotheraapia est consecutus. Nihilõ fecius tamen, si probe balneum adhibeas, ip-
simum quoque apotheraapie pars aliqua sit, siquidem duras tenasque partes emollit: excrementum,
treque, si quod intus ad cutem heret, euocat. uerum neutrius horum egerẽ uidetur propositus iuuenis:
nec utrum aut mollioris carnis aut adipis liquamentum credibile est illi inter exercitandum euenire: cũ
& immodicos & uehementes motus talia sequebantur: huic uero non solum expulsa omnia excremen-
ta, sed etiam emollita solida partes sunt, obiter dum apotheraapia est usus. Quare cui sibi in balneo lu-
dorem & puluerem, si quando hoc uritur, magis postulat, quam calefieri. Ergo transire tantum ad soliu
usque, non in laconico immorari is debet, sicuti qui citra exercitacionẽ seipsos elixant. Sed nec mora-
ri in piscina huic est opus: immo lotus, ut comprehensum est, ad frigidam festinet. atque ipsa quoq; me-
diocri esto, utpote ad medijs temperamenti corpus. Quibus enim aut uehementer frigida opus sit, aut
molli, & ueluti insolata, post dicemus. Ceterum optimum corpus, quod augefecit, dictum supra est non
esse frigida lauandum, ne eius incrementum moretur. Vbi uero abunde est auctus, iam frigida quoque H
alluefaciendus: ut quæ tum corpus uniuersum roboret, tum cutem densam duramque efficiat, quod sa-
nitate tutissima est aduersus noxas, quæ extrinsecus imminet. Quemadmodum uero quispiam frigida
lauari primum incipiet, sic ut nullam ex subitanea mutatione noxam sentiat, id utique ante omnia sciri
conuenit. Multi enim cum parum recte inceperint, adeo in frigidam lauationem male fuere affecti, ut
nec ijs, qui tutissime eam administrare potuissent, se permitteret. Esto igitur anni tempus æstatis initiu:
quo uidelicet ante hyemem in toto interposito tempore non spernenda consuetudo parietur. Esto præ-
terea dies, quo aspiciamur, quam maxime tranquillitas: & quod id tempus feret, calidissimum: cuius est
calidissimam deligendam esse partem nemo dubitet: sicuti etiam gymnasterium, quod mediocri maxi-
me sit temperamento. Et externa quidem preparatio talis est. Corpus ipsum, quod uti frigida debebit,
ad hunc modum præparabitur. Esto illi etas quartæ maxime septemj medium, nulla nec ipso die, nec, quæ
eam præcessit, nocte, noua re alterato, sed pristinam salubritatem ad unguem seruant. Esto uero, qui fri-
gida ut erit, iuuenis, & animo tum præsentem, tum plane hilaro, si quando alias, etiam tunc præcipue: ac
primum quidem fricetur linteis uberius. Sunt autem friciones magis nunc, quam ante, uehementes,
atque etiam linteis durioribus administrare. Quod si manicas consutas manibus progymnasta circūda-
bit, atque ita fricabit, quo fiat opus æquabilius, non minime ad rem pertinebit. De hinc oleo prout as-
sueuit,

Quidã putat
uocẽ illã, qua
rũ, nõ ad spon-
te natas aquas
tantũ referri
deberẽ, sed ad
omnes supra
enumeratas
aquas, uel ad
balnea, est, u.
in Græco dicitur
rõr, generis
omnis.
A. l. 1. f. 3. d. 2.
c. 5. p. 12. E.

* συζυγία ή
liquamẽtum.

A. l. 1. f. 3. d. 2.
c. 12. p. 12. E.

A. ibidem. c.
6. A. B.

Assueuit, fricetur, inde exercitetur, exercitationibus multitudine quidem paribus, sed citatioribus, quam
ante. Ab his in frigidam descendat, non tamen contanter, sed celeriter, uel etiam semel totus insiliat,
huc utrobique spectans, ut uno maxime tempore omnibus corporis partibus humor circumfundatur:
quippe cum, si sensim his accedet, horrorem concitaturus sit. Esto uero & aqua ipsa nec tepida, nec
plane cruda & glacialis, altera nanque repercussum caloris [non] efficit: altera ferit insuetos, ac refrige-
rat. Siquidem procedente tempore, tali quoque aqua uratur iuuenis, si necessitas exigat. uerum, primo
saltem die omnino cauenda est admodum frigida. Excunti uero ab aqua, fricari oleo, idque a pluribus
expedit, quoad cutis ipsa incalcat. Post hæc cibum plus, quam consuerim, potionem infra consuetu-
dinem capiat, quæ ipsemet uel inuisus faciet, rite modo omnia sint peracta. Nam a frigida lauatione
& plus appetunt, & melius concoquunt, ac minus sitiunt, ueniuntque ad exercitaciones postridie pla-
ne meliore habitu corporis, mole quidem pari ei, quæ ante, ceterum compacta, & musculosiore, ac ue-
getiore: cute uero duriore ac densiore. In hoc ergo secundo præterea die similiter omnia sunt peragen-
da, etiam tertio, & quarto. Postea uero procedente tempore ad eundem modum frigidam iterum ingre-
di iubebimus, uidelicet post eam, quæ priori ingressu successit, fricionem, ut prius est comprehensum
Verum tertio eam ingredi, quod non nullis placuit: non laudo. Nam & iterum id fecisse, abunde satis
mihi esse uidetur: præsertim cum pro arbitrio nostro immorari hominem iubere liceat, ipsum uero im-
morandi tempus, hic quoque a quotidiana ipsius experientia est coniectandum. Nam, si egressus frigi-
dam coloratior ex fricione cito redditur, mediocriter moratum indicat, si & tardius ei calor redeat,
& decolor diutius maneat, plus æquo moratum docet. Si ergo cutis notis intensus sit, facile intelliges,
an par tempus postea in frigida morari conueniat, an potius ad manus minus ue aliquid sit mutanda. Et
de frigida lauatione, quod ad optimam naturam spectet, abunde dictum arbitror:

De lassitudine & earum causis

Cap. 5

Superest, quemadmodum peccata, siqua incidere, comodusque corrigas, differere. Ut enim quàm
maxime statum corporis irreprehensibile sortitus quispiam sit, ac ab omnibus, quæ in uita contingunt,
negocijs liber sit, & sibi uni uuens, fieri tamen nequit, ut non aliquando uel ipse, uel his, qui ei præ-
ficiunt, aberrer. Primum igitur non ab simile est in id maxime & frequentissime peccatum incidere iuue-
nem exercitationibus deditum, quæ lassitudo appellatur: de quamultis iam non solum Medicis, aut
gymnastis, sed etiam philosophis est proditum, ueluti Theophrasto, qui integrum de ea uolument scri-
psit. Ego uero hic quoque longitudini parcens, quæ non nullis parum recte de ea sunt tradita, ea tran-
sire statui, quæ uero maxime sunt necessaria ijs, qui sanitatem tuendam profitentur, hæc unã cum ac-
commodatis demonstrationibus explicare, ac primum de notione eius agere. Quippe recte se habet,
ab hac oros, sic ad essentiam eius explicandam accederet. Ergo lassitudinis notionem intelligentiãq;
sunt, qui accipiant, dum nisi extenq; sibi esse uidentur, idque aut omnibus corporis partibus, aut ijs
tantum, quibus laborant. quidam, dum tristi molestoque sensu inter mouendum afficiuntur (huc alij
indicabilem dixere, alij ulcerosum appellauere,) non nulli, cum membra ceu cõtusa & phlegmonẽ ob-
fessa sentiunt. Non desunt, & qui simplices hos affectus intrer se miscent, & qui tensionis est, & qui ul-
cerosus, & qui phlegmones speciem præferet. Alij duos ex his miscent, aut eum, qui ulceris emphasin
exhibet, ei, qui tensioni assimilatur: aut eum, qui phlegmones sensum affert, seorsum cum utroque: ita
ut sint in uniuersum sententiæ de lassitudinis notione sepre. Quæ sane omnes ut ueræ ex parte sunt, ita
in totum simpliciter absolutiq; sermone non sunt. Nam, huc ulceris sensus, cum mouentur, se exhibet, si-
ue phlegmones, siue incendi tendiq; uidentur, siue duo quilibet horum, siue etiam omnes cœant,
ut Græce dicitur, id est lassitudo, eorum affectuum uniuersiq; Quo fit, ut sepre eas in uniuersum
differentias sint, simplices tres, composita quatuor. Corporis uero, quod his sit affectum, remedia, quæ
dam propria cuiusq; lassitudinis sunt, quædam omnibus communia. De his mox dicetur, si prius de af-
fectu quodam, qui lassitudini proximus est, dixero, quem decepti non nulli præue lassitudinem nomi-
nant. is qualis sit, & quas notas habeat, illustrius apparebit, si cuiusque lassitudinis essentia prius disqui-
suerimus. Hactenus enim ipsa symptomata dicta sunt. Illa enim, quod incendi tendiq; corpus uideat-
ur, & quod mouenti se uel ulceris uel phlegmones sensus oboriatur, affectiones non sunt, sed sympto-
mata. Affectiones uero corporum, quibus hæc superuenire solent, tres simplices sunt, quatuor compo-
sitæ. Et ulcerosus quidem affectus oritur ab excrementorum copia tenuium simul & acrium. Quæ ni-
mirum inter exercitandum proueniunt duplici ex causa, aut eo excremento, quod crassius erat, sicuti &
attenuato, non tamen toto expulso: aut adipẽ, mollis carne liquata. Necesse enim est abs tali humo-
re, ceu tenui atque acri, pungi & quasi vulnerari tum cutem, tum ipsam carnem sic, ut etiam horror inte-
rum oboriatur, immo etiam quadrantenus concussio commotioq; totius corporis inæqualis, quod Græci
uocant: si modo admodum tum copiosus humor is, tum acer sit. Ac talis quidem est ulcerosa las-
situs. Vbi autem tendi solum membra uidentur, ulceris uero sensus non est, in hac certe lassitudine
nullum excrementum, de quo ratio ulla sit habenda, in corpore continetur, sed residet in muscularis &
nervis ex nimia tensione, quam exercitando admiserunt, affectus quidam effectricis causæ potestatem
testificans. Accidit nanq; in uehementi tensione omnes musculorum fibras tendi, non tamen similiter
omnes lassari, sed eas maxime, quæ per longitudinem tensionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores
quodammodo iacent, minus in directum aguntur. quare his nullum instat periculum. In ijs uero,
quæ

eque immoderatus sunt extenta ita, ut parum a rumpendo absint, relinquatur affectio quadam similis E
e: quæ inter agendum fiebat, quippe tendi adhuc videntur, cum tamen nulla iam tensione urgeantur.
Tertia vero lassitudinum differentia, qua nimirum eum contusas aut phlegmone obfessas partes senti-
mus, eum maxime solet incidere, cum musculi nimium excoacti attraxerit quippiam ex circumfusus si-
bi excrementis. Quod si etiam tum tendonibus, tum nervis idem affectus incidit, *Græce*, qua-
si ossium dolorem, eum affectum nominant, ob penitentem scilicet sensum, partibus, que in alto maxi-
me corpore sunt posite, nomen tribuentes, quippe summum locum cutis occupat. secundum ab ea po-
sitis ordinem musculi habent, utique circum ossa positi, at tendones ipsis ossibus adherent. Quo ma-
gis rationabile est, cum hi quicquam prædictorum patiuntur, videri in uno ac circa ipsa ossa affectio-
nem habere. Atque hæc quidem solæ tres simplices lassitudinum differentie sunt: cõpositæ vero ex his,
ut iam dictum est, quatuor sunt: de quibus mox agendum, si tamen prius simplices uniuersas absolue-
ro. Est namque affectio alia quodque, quæ, eum lassitudo sit, non nullis imponit. hæc incidit, cum supra
iustum musculi siccantur sic, ut squallens contractumque corpus appareat, atque ad motus quodammo-
do pigrum: non tamen ei quicquam eorum, quæ modo diximus, inest: neque is, qui ueluti ulceris aut
tensionis est, multoque minus, qui ueluti phlegmone est sensus. Quippe diuersissimus aspectus eius-
modi affectionis est, & eius, quam ultimo loco retulimus. Hæc namque squallens & contractius corpus F
efficit. At quæ phlegmone sensum præfert, mole etiam, quam pro natura, ampliore. Quare quatuor
in uniuersum simplices affectiones sunt: quarum singulis sua sunt remedia.

*De remedijs lassitudinis quæ ulceris & quæ tensionis sensum
representat.*

Cap. 6.

Oriendum uero ab ea, quæ ulceris sensum intuchit: quam etiam ab excrementorum acrimonia
ortam diximus: hæc maxime in ea incidit corpora, quæ & mali succi sunt, & excrementis abund-
ant. Succedit uero recentibus cruditatibus, cum aut exercitantur immoderatus, aut in sole sunt mo-
rati. Ceterum nihil obstat, quin in corpore boni succi citra cruditatem proveniat, utique ob exer-
citionis nimium excessum. Sane excitare eam solent celeres ac multi motus. In hac uero lassitudine etiã
densa esse horretque cutis uidetur. Fatenturque, qui ea sunt affecti, inter mouendum dolere sibi ulceris
ritu alij cutim tantum, alij subiectam etiam carnem. Remedium huius ex ijs, quæ affectioni sunt con-
traria, comparatur. Quippe si quæ redundant, euapores, malum cessabit. Sane euaporabuntur frictio-
ne multa mollique cum oleo, a quo omnis adstringendi uis abest: quod genus maxime Sabinum est.
Adherissimum uero huic affectioni est, quod ex Hispania portatur, & ex Iberia uocant autem Hispani-
um: tum quod omphacinum uocant, uel *quædam*, id est crudum. Et, ut semel dicam, quod austerum est, G
omne id alienum est. Adco gustu ipso uim eorum discernere licet, etiam si de ipsis ante periculum nõ
feceris. Sic namque & nos quondam in Macedonia degustato oleo, quod sit circa Ationem, qui est su-
per Strimonem, deprehendimus eandem cum Hispano uim habere. Quin & reliquorum omniũ olei
generum ita deprehendas uires, etiam quæcunque per abusionem nominant, & quæ ex sale, ex radici-
bus, ex herbis, ex geminibus, ex folijs, uel fructibus preparantur. Dictum uero abunde de his omni-
bus est in operibus ijs, quæ de medicamentis inscripsimus: nihilo tamen minus etiam in proposito ope-
re dicetur suo loco. Illud tantum in presentia dixisse satis sit, quod plane dulcissimum oleum est, id esse
ad propositam affectionem maxime accommodatum. Hoc igitur copioso cum multa frictione urendum
primo quidem die, quo suspectam forte lassitudinem omnino declines: secundo uero, ut si qua incidit,
discutiatur. Discutiit porro eam exercitatio, quæ apotheraia dicitur: in qua scilicet morus adhibeas
quantitate mediocres, qualitate tardiores, idque cum frequenti interposita his quiete: qua utique fri-
care hominem oportet pluribus simul contrectantibus, quo nec refrigerat pars ulla, & ocysime ex-
cremeuta digerantur. Porro frictionem plus adhibebitur in ijs, qui in cute & sub cute excrementorum
collectam uim habent: motuum uero, quos ipsæ edat, in altera lassitudine: scilicet in qua plus est in
ipsis musculis congestum. Quæ enim in his coacta excrementa sunt, sola frictio educere non potest: H
his enim opus est non solum ab aliquo foris attrahi, uerum etiam ab altero quopiam intrinsecus im-
pelli. Impellit ea partim calor, ipse, qui per motum accenditur partim spiritus, qui nãa. emittitur, par-
tim ipsa musculorum tensio: super hæc uero ipsa singularum partium excretoria alieni uis. Altera uero
lassitudo, in qua tensio sentitur, illud pro remedio postulat, quod Hippocrati *græce* *χρηδαίσις*, id est rela-
xatio dicitur. Ea namque tensioni contraria est ad eum modum, quo duritati mollities. Ait enim ita:
Cutis dura mollitio, distentæ remissio. Ceu duro molle, distento remissam laxamque contrarium sit.
Sane remittitur quod distentum est, in alijs quidem affectibus, quos in quinto de simplicium medica-
mentorum uiribus diximus, alia ratione. Quod uero per exercitationem incidit, tum pauca mollique
frictione, eaque ex oleo dulci, atque egelido, tum in remissione omnino, aut etiam quiete, præterea la-
uatione medijs temperamenti, atque in calida pluscule mora: adeo si bis terue lauabis, plus proderis.
Hi uero & post balneum ungi desiderant prius, quam uestiantur. Quod si propter sudorem forte ali-
quem pingue deterferint, rursus ungi desiderant. Quin etiam postero die, cum e cubili surgunt, ungi
his expedit: nunquam tamen oleo uitæ frigido, nec dura frictione. Incidit certe huiusmodi lassitu-
do ijs, quibus salubris succus est post robustas potius, quam celeres exercitationes: redditque lassu-
tos ipsos pigros admodum, ægreque flexibiles non tamen hi densi horrentesque apparent, quemad-
modum

modum quos paulo ante comprehendimus, ceterum contracti aridique non minus ipsis apparent: tan-
genibus uero calidiores uidentur non solum ijs, quos ulcerosa lassitudo urget, sed etiam quam ipsi-
met, cum sani essent.

*De remedijs lassitudinis, quæ inflammationi similis est, & gracilitatis quæ a lassitudi-
nis separatur.*

Cap. 7.

A. l. i. f. 3. d. 1.
c. 14.

Tertia lassitudo ex uehementissimis nascitur motibus: solaque supra naturalem habitum musculos
atollit sic, ut phlegmone persimilis affectio sit. Itaque & leui tactu offenduntur, & calidiores appa-
rent. Dolent uero etiam, si ipsi per se moueri conentur. Incidit hæc lassitudo ijs plurimum, qui assueti
exercitationibus non sunt, nam exercitari assuetis raro incidit utique ex uehementissimis plurimisque
motibus. Sanationis uero eius consilium ad tria dirigitur, eadem fere, ad quæ omnium phlegmone ob-
fessorum, nempe superuacanei uacuationem, extenti requiem, & inflammationis refrigerationem. Ergo
& oleum copiosum ac tepidum cum frictione mollissima, & longissima in medijs temperamenti aquis
mora, huiusmodi lassitudines emendat. Quod si paulo tepidior aqua sit, plus proderit. Ad eundem mo-
dum multa quies, & unctio assidua, denique omnia, quæ id, quod lassitudo est, quiete lenimentoque
B ac quod superuacuum est, per halitum digerant. Sed putet fortasse quispiam lassitudinem hanc nec sim-
plicem esse, nec a duabus iam traditis tertiam, sed ex his compositam, nec aliunde constantem, quam
ex neruorum partium tensione, & ulceris sensu: calorem namque, qui in huiusmodi lassitudine sentitur,
in alijs quoque naturaliter inesse, ueluti in memoratarum utraque: nec tamen complende uotionis sub-
stantiaque partem esse ullam. Verum illud huic uni egregie præter ceteras inest, uelpe maior, quam pro
naturali habitu, tumor, tum quod nec grauitas sensus similis in hac & tensionis lassitudine habetur.
Quippe in illa tendi, in hac contusos esse usque ad ossa neruos uniuersos putant, qui ipsa laborant. Qua-
re in his saltem proprium à reliquis duabus discrimen habet, nec est composita tantum. Tres igitur siue
corporis status, siue affectus, siue quid aliud dixisse uelis, hi sunt. Est alia quadam super has quarta, si-
milis quidem lassitudini, non tamen lassitudo, quæ neque ulceris, neque tensionis, neque phlegmo-
nes affectum præ se ferat, sed nec hororem ullum doloremue, nec pigritiam ad motus, quemad-
modum lassitudines, infert, sed gracilitatem tantum ariditatemque facit. Incidit quidem hæc in
corporibus boni succi, & exercitationi assuetis, ab immodice exercitata, parum uite apotheraia sunt
usa. Quippe ita & digerantur excrementa, & quæ tenfa fuerant, laxantur: nec aliud in corpore relinqui-
tur præter siccitatem, quam ex immodico motu contraxerunt. Postulat aut primo die nihil sane diner-
sum ab ijs, quæ prius dicta sunt, præter calidioram aquam, quæ sensum contrahat, & calfaciat, & robo-
ret cutem: secundo apotheraia exercitatio, quæ tum in motu tum frictione & pauca & mollis & tar-
da sit: præterea solum similliter calidum. Verum protinus in frigidâ exiliant: quo uidelicet ipsis robur in
cute unã cum calore constet. Nã & minus in sequenti tempore per halitum auerunt, & facile in carnem
cutemque nutrimentum resumunt: quo manus his comodum nullum profecto inuenias, ut qui nullum nota-
bilem affectum, præter carnis gracilitatem ariditatemque habeant. Quippe postulat (arbitror) tale saltẽ cor-
pus nutiri simul ac madereri: quorum utrumque ex humido nutrimento optime assequetur.

*De nutrimento illorum, qui lassitudine correpti sunt, ac de ueterum gymnastiarum
erroribus in lassitudinibus emendandis.*

Cap. 8.

A. l. i. f. 3. d. 1.
c. 14.

Quoniam uero facta semel mentio de uictu post balneum est, non alienum fuerit & de eo, quæ
ad lassitudines pertinent, præcipere. Ulcerosa igitur lassitudo post legitimam apotheraian con-
suetum nutrimentum desiderat, aut etiam parcius, præterea humidius. Quod si in ipsa apotheraia in
quartum migrauerit affectum, (astoler enim ita plerumque fieri) pro ipsius ratione tum lauetur, tum nu-
triat. At quæ tensionem lassitudo præfert, ea etiam magis, quam ulcerosa, parce nutiri postulat. Quæ
uero phlegmone sensum affert, ea supra reliquas oes tum humidissimum, tum minimum, tum uero,
quod refrigerans quippiam habeat, requirit. Boni succi tamen nutrimentum omnes, qui lassitudine gra-
uantur, iuxta postulant: quali nimirum propositus nobis iuuenis adhuc integer utebarur. Cauendus ta-
men in ulcerosa, & ea, quæ phlegmone sensum exhibet, glutinosus cibus est, cen qui excrementorum
digestionem morctur. At in tensionis lassitudine etiam exhibendum eiusmodi nutrimentum est, sed mi-
nuto eius modo. Quo minus mirum est, si multiplex pugna non plebeijs modo inter se, sed etiam
doctis & inter se & cum plebeijs oritur, dum neque de exercitationibus, neque frictionibus, neque
balneis, neque uictu lassatorum cõsentit. Quippe alios affirmare audias lassitudinem lassitudine esse abolen-
dã: alios labore quiete sanari: alios parcius nutriendos, qui lassitudine premuntur: alios cõtra nõ modo de
cõsueto nutrimento nõ demendũ quicquam, sed et tanto plus adijciendũ, quanto plus se fatigauerint (ad por-
tionẽ. n. laborum, nutrimentum exhibendum) alios rursus nec adijciendum quicquam nutrimenti mo-
do, nec et demendũ. Ad eundem modum balneo quoque utuntur, alij ex aquis medijs temperamenti, alij ca-
lidioribus, alij tepidioribus. Nam & experientia ad id tantum probandum, quod uisum sæpe uisipauit,
quemlibet impellit: & præterea ratio, utpote quam quisque absolutam se habere putauit, ut supra dictum
est. Verum, cum unum tantum lassitudinis sensum tradere reliquis, ceu non sint, præteritis, eius tan-
tummodo, quam nouit, remedium docuit. Ergo uerua est, & quæ lassitudine lassitudo soluitur, cum ge-
delicet

delicet hesternis exercitationibus partes postidie adhibendas uideretur expediens, & lassitudinis mede...

† Graecus qui dam codex an uiquus habet...

† Interpres hic omisit alii quot uerba...

A citationi superuenire, sub qua nimirum in maiorem, quam pro natura, molem atolluntur fatigatae par...

De ratione curandi, cum plures affectus inuicem complicantur.

Cap. 9.

Quinetiam affectio quaedam est praedictis proxima, quam ipse graece σίγασσι appello, de qua cum...

QUARTA CLASSIS.

I numero

ungeremus si quando ingenti frigori occurrendum uideretur. Tum nanque, ueluti qui frigida sunt usari, sic eos quoque frictione preparabimus. Si uero lassitudinis sensus ullus appareat, iam dictum est hominem tum & ungerendum esse, & mollior frictione. Simili ratione, si siccor in isto sit, ungerendum oleo est, (nam id sicca corpora humectat) fricandusque, ut omnino parcaissimus, ita nec durici, nec mollior est. Quippe succurrere digestionem in corpus oportet, non curis carnisue habitum mutare, neque er, quod in his conuenitur, quicquam educere: quorum mollis utriusque, dura alteram facit. si quidem hac curen dentat duratque mollis per halitum euocat, ac corpus laxum molleque efficit. Verum, curis dentitatem corrigere si studeas, utique ei, quae ex datus tum frictione, tum pertractione, praeterea uehementi exercitatione, & multo puluere orta est, mollis frictio cum copioso & dulci oleo medetur. Quae uero contracta ex frigore est, eam primum frictione sicca ac celeri, deinde cum oleo quopiam eorum, quae adstringant, sanaueris. Humiditatem uero, quae nimiae potioni successit, sicca frictio, & cum linteo administrata, uel cum manica, quam *χρησθαι* graece uocant, interdum etiam solis manibus, idque uel circa omne pingue, uel cum * eo plane exiguo corrigit. Sit autem & quo per halitum euocet, oleum ipsum dulce, omnique adstringentis facultatis expers. Arque ita quidem se habet matutina frictio. Vespertina uero ijs utilis est, quos uel lassitudo ualida premit, uel siccatas male habet, uel atrophiam macerata: [ita uocant graeci cum corpus ex alimento fructum non sentit.] Verum atrophias symptoma nunc praesertim seponatur una cum reliquis morborum symptomatis: quae post tractabuntur. In propolita uero natura, cum uel ualida lassitudo, uel inmodica siccatas corpus afficit, prandium minus esto: tum ab eo ad eecenam longius interponatur tempus: plurimum quiescat: exiguum tamen quippiam iuambulet, quo citius per erectam agitationem concussus subsidat. Ut illius etiam sit, si & alium exonerare possit. His etenim probe peractis securus oleo dulci frices, uentrem tamen omnino non continges, cum alioqui periculum sit, ne & cibum deterius concoquat, & succus quispian ex eo semierudus in corpus digeratur, & caput turbetur, & stomachus libueratur. Optimum igitur fuerit omnino uentrem non attingere. Quod si in musculis ei uicinis uel lassitudinis sensus aliquis, uel siccatas appareat maior, ungi debent mediocriter, & blande, & suscipienda manu. Ac si causas quispian eorum, quae diximus, reddi sibi cupit, proximum librum legat, in quo de morborum symptomatis agemus. Nam hunc mihi uideor satis haecenus extendisse.

* Graeci alii qui codices habent ex oleo i. oleo.

† Aliqui igitur eo codice legunt non ad totum, i. non omnino: sed in parte, id est non ualde. Et Orib. 6. coll. 19.

† Alii *χρησθαι* uocant in his.

† Alii *χρησθαι* uocant in his, i. affectum & sensum.

† *χρησθαι* uocant in his, i. septem uel octo diebus.

* *χρησθαι*.

* *χρησθαι*.

GALENI DE SANITATE TVENDAG

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet, quo pacto lassitudines per sananda sint, cum aliunde, quam ab exercitatione, oriuntur.

Quid differat haec a superioris libri tractatione.

Cap. I.



Non plerique oes recentium medicorum faciunt, qui, dum tempus sophistarum cauillationibus terunt, quod maxime necessarium est, aut leuiter tantum attingunt, aut prorsus omittunt, id ipse non faciat: sed (quod ab initio institui) ei quod necessarium duxi, insilens, quae logica magis speculatione habent, in aliud tempus differat. Statim enim de morborum symptomatis, de quibus hoc libro differere statui, non leuiter quaestio oritur, eane ad ualitudinis tuendae arte spectent, an ad ea, quae medendi ratione praescribit, an harum, uel neutra sed tertia quaedam, qua non nulli medicum sanitatis & morbi statuunt, neutramque appellant. Ego haud ignarus, sine quis in sanitatis tuenda, uel medendi arte eorum meminerit, fore, ut aequae a cauillationibus sigilletur, illud, quoque intelligens, et si quis ternam tractationem his diceret, de neutris eam affectionibus inscribens, uel magis irritos, contumeliososque, futuros, praeterea quaesturos, de partibus & foeminae in quoniam opere praecipiam, in hoc uolumine de his agere potissimum elegi. Si enim fieri nequit, ut sophistarum nugamenta deuitem, atque hac ratione minus erunt importuni, utique sic faciens melius confuluisse uidebor. Huc accedit, quod ex speculatione ipsa magis intelligitur ipsa doctrinae communi, si quis illa, quae dicentur, attentius leget. Ea hinc ingrediar. Artis, quae ualitudinem tuetur, non leuis portio est ea, quae de exercitatione praecipit huius rursus non exigua pars est, quae lassitudines praecaut. Porro monstratum in superioribus est similem rationem esse instantis lassitudinis cauendae, & eius, quae iam occupauit, subiuendae. Ergo non alibi, quemadmodum hanc futuram uitae, sibi quemadmodum iam urgente corrigas, tractandum est. Arque hac quidem de causa in proximo libro, qui totius operis tertius est, de lassitudine, quae exercitationi superuenit, disputatum erat, simul habita mentione de similibus affectionibus,

† Cum in hoc libro Galenus non subtiliter sed adiecte dicat, *χρησθαι* uocant in his, uideatur potius intelligere de morbis aut symptomatis ad mares aut foeminas pertinere, ut de ipsis manibus aut foeminae.

Affibus, quorum aliqui exercitationes maxime sequebantur. Nunc primum quidem de his, prout circa exercitationem incidunt, agemus: secundo loco de illis, quae similitudinem quandam cum his habent.

De affectu symptomatis, & causis lassitudinis, ac de eorum differentiis. Cap. 2.

Ac, quae immodicae quidem exercitationes lassitudo excipit, sanorum symptoma est: quae uero sine nata, morbos nunciat. Atque uelut ulcerosus quidem sensus, symptomata lassitudinis est. Causa uero, unde ea nascitur, affectus lassitudinis est. Porro huius rursus ipsius causa uisaria scinditur: aut, nimirum ipsum animalis conuenitur corpus, uocaturque graece *προνοουμένη*: aut omnino non uisaria, uocaturque *απονοουμένη*. [Nos illam internam, hanc externam non incommode uocemus.] Itaque tria in uniuersum genera sunt, de quibus habendus sermo est: ipsius lassitudinis symptoma: Affectus, unde hoc oritur: & affectus ipsius Causa. Cuiusque uero horum species quaedam differentes sunt. Causarum (ut modo diximus) externa, & interna. Affectus (ut in praecedente libro docuimus) is, qui ulceris, & qui tensionis, & qui phlegmones sensum inuehit. Symptomatis uero haec ipse scilicet tres differentiae: aliter tamen, si cui placuerit, nominare licet, non licet autem, si uera saltem dicere uelit, iam dictis plura tum asserere, tum facere, neque et plures, quam dictae sunt, differentias. Quae igitur ulceris sensum facit lassitudo (incipiendum, n. ab hac est) motus quidem grauem excitat sensum, ceu corpus ulceretur, idque uel circa cutim tantum, utique cum est moderatio: uel circa subiecta illi carnem, cum est ualentior: uel circa utranque, cum adhuc est atrocior. Atque hoc quidem est lassitudinis symptoma. Affectio uero, ex qua id nascitur, acrimonia est tenuis & calidior humoris, qui corpus erodit, stimulat, ac pungit. Oritur haec aliquando ex immodico motu, ut in proximo libro ostendimus: aliquando ex uitioso succo, qui imprudentibus nobis in corpore succreuit. Tales uero lassitudines, spontaneas Hippocrates appellat. Alterum uero lassitudinis genus (nempe in quo tensio sentitur) quoribus sua sponte incidit, plethoris superuenit. Quippe tenduntur ex hac solida animalis partes, praecipue in quibus succi continentur. Tertium lassitudinis genus, quod phlegmones sensum affert ex ambobus oritur, tum nimia boni succi abundantia, tum praedicto uitioso succo. Non enim quaeuis mali succi species, sed tantum, in qua rodens acrimonia continetur, ulcerosam lassitudinem creat: sed nec eiusmodi quidem succus, dum in uenis cum sanguine miscetur. Latet enim tum eius uis, utpote transluentis, & a sanguinis bonitate superari. Verum, cum ab his translatus, in carnibus, & ad cutem solus haeret, ulcerosum sensum tunc ingerit. Qui uero ex abundantia nasci hanc lassitudinem putant, sane falluntur. Nam neque ex ea copia, quam plethoran dicimus, (haec enim ea, quae de tensione quaeritur, gignit) neque ex ea, quae uires praegratuar. Non enim erosio, aut ulceris phantasia, sed uel grauitas, & ad motiones segnitia, talis sunt abundantiae symptomata, utique dum ad animales collata uires, eas superans premit: uel pulsus quaedam uitia, si quando uiralem urget: de quibus dictum abunde est in ijs, quae de pulsu scripsimus: atque ut in libro, quem de abundantia scripsimus, etiam notas & naturalium uitium, cum premuntur & reliquarum ambarum tradidimus. Non est igitur abundantia, eius lassitudinis, quae ulceris sensum praefert, causa, imo humorum, qui in cute & carne continentur, acrimonia. Haec enim, ut quiesca sensum later, sic agitata protinus sentitur. Motus huic acrimoniae primus ac plurimus proprijs quibusdam rationibus accedit, quas mox dicemus: Alter ex incidenti, scilicet cum nobis partem aliquam, aut etiam totum corpus mouere uolentibus, cum hoc humores, qui in ipso continentur, simul mouemus. Verum hic minus est, & lassitudinis duntaxat sensum inter uehementior rigorem excitat. [Appello nunc rigorem, nec illum uehementis frigoris sensum, nec duriciem, sed inaequalem rotius corporis concussum & turbationem.] Medius inter utrumque, horrorem. Quod autem nihil obstat, etiam si calida causa sit, quo minus rigorem horroremque excitet, in ijs, quae de symptomatum causis scripsimus, ostensum est. Nunc satis fuerit summam tantum eorum, quae illic prodidimus, ad praesentem disputationem quasi balium subijcere. Cum in sensibili corpore succreuit excrementum mordax, duplici id ratione ad motum incitatur: Una, cum a sensibili ipso corpore impellitur, utpote quod repellendi alieni uim obtinet: Altera, cum uehementiore momento agitur: id quod tum ab exercitando conquirat, [tum frictione, tum balneo.] Ergo, quae subcalida & putrida excrementa sunt, ubi uehementius mouentur, non horrorem modo rigoremque, qualem diximus afferunt, sed etiam febrem accendunt. At, quae frigida sunt, & ex partibus tenuibus constant, ea horrorem quidem rigoremque creant, non tamen febrem excitant. Porro effatu dignam, aliquam copiam utriusque accedere oportet, si haec efficere debent. Quae uero aut plane exigua in sensibilibus corporibus excrementa mordacia, aut multa illa quidem, sed tamen non plane adhuc mordacia, subhaeserunt, haec ulcerosam lassitudinem faciunt. de quibus utique hoc libro nobis est agendum: quando, quae febrem accendunt, ea ad medendi artem spectant.

Communis ratio omnium euacuationum, quae a medico sunt.

Cap. 3.

Sanatio utriusque generis partim communis curationis amborum* consilia recipit, partim utriusque propria. Dicitur uero prius, quae communis sanatio est. Oportet igitur excrementum, sine calidum id sit, siue frigidum, ipsum aut expellas, aut certe alteres. Recipit uero non omne excrementum alterationem a natura. Siquidem nec omnis cibus in cuiusuis animantis uentriculo concoquitur: sed cognatio quaedam ei, quod concoquit, cum eo, quod concoquitur, esse debet. Quod igitur omnino alienum est, nulla fieri ratione potest, ut id naturae suae gratiam recipiat, sed educere

re id, quam primum est tentandum, atque certe, ut, quae in ventre corrupta profus sunt, ea vel vomitione uel deiectione expelli profecto est optimum. Non tamen perinde promptum est in carne, atque alijs corporibus imbibitum vitiosum succum educere, ut qui in ijs, quorum sensibilis capacitas est, consistitur. Interdum nec ipsa laborantis natura medicamentum, quod malum succum mature trahit, admittit: licet interdum & alius quispiam affectus obstat, qui rationem educendi rationem respicit. De quibus mox dicam, si prius, quod reliquum erat in superius posita diuisione, adiecero. Quippe communes scopus, qui excrementorum vitij medetur, iam diximus uacuationem alterationemque esse. Proprios uero utriusque generis nunc adijciamus. Neque enim una tantum ratione educendum alterandumue est, sed explorata, quae ei, quod affligit, maxime sit accommodata, ei est insistendum. Ea uero, ut in summa complectar, ratio est, quae ex contrario operi molitur: priuatim uero, quae ex cuiusque contrario. Et summa quidem totius rei haec sunt, quae latius tamen nobis nunc explicandae sunt una cum sua cuiusque euidenti demonstratione, idque ab ulcerofo affectu otis.

De curatiene affectus ulcerofo, ac de dignatione uitioformi succorum.

Cap. 4.

Quoniam igitur eiusmodi lassitudo uitio acrim excrementorum oritur, ante omnia considerandum est, in solidisne tantum corporibus, an intra uenarum sinus malus succus contineatur. De ijs uero, quae intra uenas sunt, excrementis nullum plane nec manifestum nec euidentem signum habemus praeter solam urinam: conijcere tamen ex his licet. Primum aestimabimus, quoniam, qui affligitur, usus sit uictu. Secundo, solutusne sit malum succum naturae sponte congerere. Ad haec, an naturalis aliqua & consueta exercitio iam deficiat. Quarto, an exercitatione, purgatione per uomitum aluumue, gestationibus, aut usu aquarum sponte nascentium soliti superuacua expellere, id intermiserint. Atque in uictu quidem uiderendum, an cruditas & crebrior & maior, quam ex consuetudine, praecesserit: an mali succi cibi copiose se impleuerint: an uinum pro antiquo nullum, pro renui crassum, an aqua marina mistum biberint: an etiam profus a uino se ad aquae portionem trasterint, nec semel bisve in quolibet horum peccauerint, sed assidue, bonoque tempore. Secundo (sicuti diximus) aestimandum, num hominis, qui male habet ex eorum numero sit, qui facile malum succum congerunt. Deprehendas id percontaras, an scabie, aut lepra, aut uirilagine, aut pruritu crebro sit affectus. Item an erysipelas, aut herpes, aut elephantiasis, aut ophiasis, aut alopecia, aut pustulae crebrae, aut ulcera, aut epinyctides, aut denique ullum symptoma, quod ex uitioso succo & natum & auctum est, illum male habuerit. Ab his consideranda diximus, consuetane ulla exercitio retenta sit per uomitum, uel haemorrhoidas, uel fistulam aliquam, uel dynteriam, uel, si mulier est, per menstruum profuuium. Deinde num ipse medicamento se purgare semper solitus, id intermiserit. Nonnulli enim sunt, qui deiectionis medicamentis, alij uomitorijs, aut urinam sudoremue cientibus, aut usu sponte nascentium aquarum, utique quibus aut solfaris, aut bituminis, aut niri uis inest, uere uel autumno quotannis soliti excrementa uacuarere, aliquando id negligunt. Multi (ut dictum est) exercitationum consuetudinem dimiserunt. Alij rursum omnis fructuosis, aut balnei, aut a uino dulci post balneum uomitionis morem praetermiserunt. Sane constat non illorum modo nos, qui optimo sunt corporis temperamento, fecisse mentionem, sed, quo nihil in mali succi causarum catalogo sit praetermissum, etiam eos, qui uitiosum succum natura prompte congerunt, sermone comprehendisse: de quibus fufius inter uitiosos corporum status proximis uoluminibus agemus. Atque ex his quidem de mali succi quantitate coniecturam facere oportebit, ac remedium ad mensuram eius quantitatem proportionem inuenire, mediocrius, si omnino sit exiguus, & ad curam tantum collectus ualentius, si multus, & in profundo. Prius uero eius, qui exiguus, & iuxta curam est, curatio dicitur: deinde eius, qui in carne residet: tertio ab his loco, eius, cui totus sanguis impurus excrementosusque est. Sed, si quis iam institutum mihi ab initio repetens, boni succi iuuenem dederit, qui prius salubri omnino uictus ratione sit usus, nunc necessitate quapiam urgente longi temporis iter confecerit, in quo nec exercitatus, nec lauatus pro consuetudine fuerit, cibis porioneque mali succi usus sit, tum a prandio, uel coena, uel etiam toto die nehiculo sit uictus, nec bene plerumque dormierit, illud tamen addatur, nihil huic in modo assumptorum erratum esse, proindeque nec in cruditate ullam incidisse, talis multum mali succi congestisse profecto nequiuert. itaque etiam nec correctionem prolixam requirit, immo exercitationem tantum, quae a pothetia dicitur: quam in proximo ante huc libro docuimus, ubi pariter de accommodata ei rei uictus ratione praecipimus: quo minus est hic multis morandum. Tamen eius meminisse conueniet, huc omne consilium dirigere, qui corpora sic affecta curat, ut excrementa, quae circa curam sunt, educat propterea, quod affectus in hac una consistit. Itaque rursus detur eundem iuuenem praeter alia, quae eadem sunt, etiam in cruditates saepe incidisse: detur & ulceris sensum habere, non cute tenuis modo, uerum etiam altius in corpore sic, ut totum id malis succis refertum suspicere, huic nec exercitationem, nec ullum omnino morum iniungemus, sed quiete ac dormire iustum, in abstinentia totum diem exigere cogemus: dein uespere pinguis uictu, & temperato balneo mediocriter lauto, pro cibo dabimus forbitionem aliquam boni succi, sed plane quaminima, nec tamen a uino est abstinendum. concoquit enim id semicrudos humores, quantum aliud quiduis: tum sudorem urinamque promouet, ac somnum conciliat. In ijs autem, qui ita se habeant, id agendum nobis est, ut, quod mali succi iam plane corruptum est, nec concoqui etiam potest, id sudore uinaque expellatur:

Cum Galen' multos in lae- as discrimen ponat inter a- nra bile & me- lancholicu hu- morem, huius uero poste- rioris tm me- tionem hic fa- ciat, tamen in- uerpes atrae bile, humoris melancholici loco, eduer- ur id quod in pluribus hu- us paginae lo- cis illu fecisse est adnotadu.

1 Galen' 2

A expellatur: quod semicoctum adhuc est, concoquatur, atque utile reddatur. Id autem optime quiete somnoque conficit. Si ergo his peractis malum consistit, ad consuetudinem rursus paulatim reducendus homo est. Sin in posterum etiam diem daret, de ualentiore iam remedio est cogitandum, maxime si per noctem uel lassitudo magis, quam ante, uel fastidium infestet, uel perignilet, uel somnos turbatos & imaginationibus inquietos habeat. his enim, si uires non dissuadent, duorum alterum, aut sanguis mirendus est, aut purgatio exhibenda, sed discernentibus nobis, utrum magis expediat, ut mox dicitur. Sin uires imbecilliores dehortantur, sanguis mittendus haudquaquam est, sed deiectione mediocri adhibenda. Cuiusmodi autem deiectione mediocri sit, in sequentibus docebinus, sed si prius, quae priora sunt, de finiuimus. Nam, uirium robore constante si lassitudo adhuc infestet, aestimandum est, cum sanguinis ne copia, an cum crudis ac minime concoctis humoribus, an per se solus consistat uitiosus humor, qui lassitudinem creat. Nam, si cum sanguinis copia, aut uena incidenda, aut aliquid, quod tantundem uelut agendum. Sane tantundem possunt haec: Quibus haemorrhoides sunt retentae, si has aperueris. Si mulier menstrua consuetudo cessauit, hanc si prouoces. Si quibus horum nihil est, si malleolos scalpello incidas. Post haec alius eo medicamento deicienda est, quod maxime accommodatum malo succo sit. Quod si uitiosi tantum succi, huius, circa sanguinis copiam subsunt, purgatio petenda est, quae infestanti excremento sit accommodata. Infestat uero alias biliosum, alias atrae bilis, alias pituitosum, sed quod uel saluum uel acidum sit: atque horum quodlibet aut crassius, aut sero propius, aut media quapiam consistentia. De quorum discernendorum notis nunc agamus. Si cum pustulis (quae Graeci *ἰσχυρά* uocant) lassitudinis affectus consistat, ex his facili inueniuntur excrementi species. Sin absque his, in boni quidem succi corporibus tum ex ijs, qui praecesserint, cibis, tum reliquis, quae ipsi corporibus incidant. In ijs uero, qui malos succos natura colligunt, hinc quoque non nihil capiendum. Sed de eiusmodi temperamenti uoluntate post agatur: nunc de reliquis agamus, ex quibus licet de mali succi specie coniecturam accipere. Qui in ocio degunt, si pituitosum acerrare succum solent. Quos multus labor exercet, si biliosum uel melancholicum: illum aestare, hunc autumno gignunt. Quinetiam, an diuturni labores fuerint, inspicendum est. Quanto enim fuerint longiores, raro sunt ad atram generandam bilem magis proclives. Praeterea, qui cum multo sudore obeuntur, si crassius excrementum faciunt. Qui sine sudore peraguntur, magis tenues, ueluti qui hyeme & frigido acris statu suscipiuntur. Considerandum ad haec est non solum de urinae multitudine, & qualitate, sed et de sudoris qualitate. hic namque partim acidus partim falsus est, partim ueluti lutum aut uirus plane olet. licet aut hoc ex strigilli deprehendere, cum lauatur. Saepem nams amarum plane apparet, qualis utique morbo regio laborantibus emittitur. Eius uero dignatio etiam circa uirum facilis est ex solo colore. Quippe pallidus pro eiusmodi bilis ratione apparet. Saepem tamen post ualidissimos labores, & uehementem aestum plane flauus conspicitur. Aliquando medius, atque ex ambo- bus mistus cernitur, ueluti quodammodo ex pallido flauus, *ἰσχυρὸν* Graece dicunt. Ad eundem modum & ipse bilis humor se habet: quando hunc quoque in vomitu deiectioneque aut pallidum, aut flauum, aut ex uirumque compositum licet intueri. Qualiscumque uero is in corpore habetur, tale necesse est eius apparet ferum. Ac sudor quidem, succorum, qui in uniuerso corpore abundant, nota est: uirina, eorum tantum, qui uasis continentur. Omnino ergo nihil omittendum: sed sudor quoque ipse, ut modo diximus, inspicendum Aliquando uero ipsum, qui afficitur, gustare sudorem sinu, quod certius internoscatur, iubemus. Id quod aliquando sua sponte accidere solet, dum ex fronte & eius partibus in os saepe delabatur. Aestimare, praeterea uirinae tum consistentiam, tum colorem oportebit. Sed nec, quae in ea pendunt, aut sidant, praetermittere conueniet, sed omnia perpendere. Cuiusmodi n. sanguis sit, qui in uasis continetur, ea plane ostendunt, quando, si is biliosus sit, serum quoque eius biliosum esse necesse est, idque pro utriusque bilis ratione. Simili modo pituitosum, si is sit pituitosus. Ergo, ubi crudus plane is est, utique tenuis aquosusque uirina cernitur: nihil, nec quod sidat, nec quod pendat, in se habens. At, ubi is concoctus est, haec in urina apparent, atque etiam nubeculae quaedam desuper tenues superstant, ueluti quod in summo lacte colligi dicitur, (Graece *ὑπερ* dicitur) & quod in summo refrigerati iusculi concreuit. Quod si turbida sit, qualis uerminorum uictus, crudis uocatis humoribus refertas uenas indicat, non tamen cessare naturam, sed eos ualenter concoquere. Si uero celeris separatio crassi a liquido in ea cernitur, sitque quod subsidit, album, leue, & aequale, iam iam superatorem eos omnes naturam indicat. Sin, cum emingitur, pura sit, protinus uero turbetur, iam crudi succi concoctionem aggredi naturam docet. At, si interposito tempore turbetur, non protinus, sed post aggressuram insinuat. Verum omnium istarum quae turbantur, uirinarum generalis nota esto ipsius crassi a liquidiore separatio aut propere aut tarde facta, aut omnino nulla. Ergo, si protinus fiat, & quod subsidit sit album, leue, & aequale, superiorem longe naturam succis, quos concoquit, ostendit. Sin bonum sit, quod subsidit, sed quod post longius interpositum tempus colligatur, etiam naturam temporis spatio superaturam succos nunciat. Si uero uel omnino nulla separatio, uel id, quod subsidit, malum sit, imbecillitas naturae significatur, egerque ope aliqua ad succos percoquendos. Sicuti uero uirina, succorum, qui in uasis sunt, qualitatem prodit, ita sudor, aliaque quae per uniuersum animalis habitum apparent, eos, qui illic sunt, affectus demonstrant. Quippe superantibus in eo calidis succis, in solito ea loris sensu uiget: frigoris uero, cum frigidi dominantur. Iam albiores pituita superante, pallidiores bili abundante cernuntur. Quod si meracior bilis sit, etiam plane flauiores. Si quidem color a succo pro uenit non ex solidis animalis partibus, utique cum se succi in alium non receperunt. Accidit uero id

illis propter frigora, rigores, uel animi affectus, ueluti timorem, uel ingentem tristitiam, uel incipientem uerecundiam, quorum nullum si adit, nunquam se in altum recipient succi. Aequae nec in cute uolentibus irruentes, hanc adureat unquam, nisi animus aliquo modo affectus sit, aut alio immo animal exarsit obfessum. Ergo uehementer commotis, aut iratis, aut in pudore ueluti reciprocantibus se humoribus inspicere colorem non oportet. At, si nec ambientis uolentia calidi frigidive, nec ullus animi affectus, cuiusmodi iam dictus est, subsit, certissima succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus, sicubi albus solio est effectum, picuifolum abundare succum indicat: sicubi pallidius aut flauius, biliosum; ita, sicubi ad rubicundius, quam pro natura, est muratum, sanguinis abundantiam subesse significat: sicubi ad nigrius, nigram superesse bilem ostendit. Videas praeterea ceu plumbi colorem aliquando nonnullos habere: rursus aliquando ceu misturam esse albi, luidique: aliquando linorem solum sine albo consistere. Ergo eiusmodi colores, crudos dominari succos indicat: qui, cum de genere sunt pituita, minus tamen humiditatis habet, quam genus, uero uocabulo uocatur pituita, plerumque uero huic nec lentor inest. Nam, is si adsit, Praxagoras eiusmodi succum uitreum appellat, egregie quidem frigidum, crassum tamen eo, quem crudum per eminentiam uocant, certe minus. Generaliter igitur eiusmodi succi omnes albi erudique sunt, nomenclaturam uero alius aliam sortitur. Nec attinet ad praesentem disputationem eos omnes distinguere, quippe ad quam illud tantum commune omnium accidens pertinet, quod hi succi percocti a natura non sunt, sed crudi adhuc manent. Si quidem sanguis in medio est biliosorum, atque horum, quorum utique genus, uero uocabulo appellare licet uel crudum succum, uel pituitam. Illi namque ex sanguine sunt, ubi supra iustum modum est percoctus: uero ex eo nondum perfectio. Suae autem utriusque generis innumerae particulares differentiae, ceterum quae ab ijs, qui in talibus sunt periti, in numeratas species sunt iam descriptae: quarum tamen ipsarum adeo hic omnium meminisse necesse non est, ut etiam satis sit eas ad unum caput redigere, quod tibi ueluti scopum agendorum proponas. Nam, quoniam alij prius, quam ad exactum sanguinem nutrimentum peruenit, ueluti semicocti sunt, alij prorsus incocti crudiq; alij paulo abstinent a sanguinis forma, ueluti alij sanguinis faciendi, siue (ut ita dicam) sanguificationis ueluti ultima pars, qui utriusque excessu caloris pronuntiant (quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum a sanguine recesserunt) ubi paululum uel extra sanguinem relictum, uel ultra processum est, audacter mittendus sanguis est: ubi plus, consideratius agendum: ubi plurimum, in his nullus omnino mittendus est. Inspicere uero & quantitatem conuenit, ut uerbi gratia, si bonus sanguis exiguus sit, reliquus uero succus plurimus: utique in his abstinentium a detractione sanguinis est. Sin is quidem exiguus, sanguis uero copiosus, audacter incidenda uena est. Dein deijcere (ut dictum est) alium oportet, ratione habita de abundantia succi copia pariter & specie. Quod si quis uel propter aetatem uel timiditatem permittere se Medico ad sanguinem in ullo modo detrahendum nolit, huic deijcienda largius aluus est: aut, si id quoque suspectum habet, alia ratione educendum supernacuum est. Ac in proposita nobis haecenus natura alias uacandi rationes inuenire difficile non est: in alijs cum discretione & diligenti examine disquiri eas conuenit. Eam discretionem post trademus, ubi de proposita boni succi natura tractationem absoluerimus. Pone enim talem hominem ex mala uictus ratione lassitudine affectum, deinde ex ijs, quas retulimus, notis, in uenoso uasorum genere apparere subesse illi copiam semicrutorum succorum, in reliquo uero corpore toto multitudinem horum sane mordacium, quos lassitudo secuta est, auctis praeterea illi quodammodo & sanguis esto, maxime ergo (ut dictum est) detrahere primo de sanguine oportet, deinde succum illum educere, qui superare uidentur: Non sustinente autem homine sanguine sibi detrahi, augere deiectionem: Si uero uentum admittat, aliam quampiam rationem recipiat. Quoniam ergo duo prima sunt, quibus primam intentus sit, oportet, qui eiusmodi affectibus medebitur, crudorum siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt, percoctio, & acrum ac mordacium, qui secundi sunt, & sanguine posteriores,eductio, abstineri eos conuenit ab omni ualido motu: Blande uero uentus, atque oleo perfusos, perquam suauiter lauare balneo: inde in ocio abstinentiaq; habere, atque etiam somno, si fieri potest, minime ignorantibus nihil esse, quod aequo concoquat ea, quae concoqui possunt, & malos succos per balneum digerat, ut somnus a balneo. Cum igitur (ut paulo ante diximus) primo die experti, an facile finita lassitudo sit, similiter grauatum hominem cernimus, cum mittendus in balneum secundo etiam die est, tum in quiete abstinentiaq; habendus, aequo uero, & si iterum & tertio oportere uideris, isdem ieiunium lauabis, quietem ac somnum ipsis lauationibus interponens. Conducit ad somnum non in postremis ipsum quoque, balneum sunt, qui eo sunt usi, oes magis ad somnum propensum, modo maioris momenti nihil obstitit. Adeo tibi somnus & causa & signum percommodum sperare utilitaris sit: uelut eductio non posse a balneo dormire, nec causa nec signum est commodum. Quippe plerumq; reddidantur succi indicia ex somno uigilijsq; ceperis, frigidi namq; succi marcoris, quod *μαρα* graece uocant, & longiores somnos inducunt: calidi & mordaces, uigilias, & si quando dormitur, uarijs imaginibus inquietos & turbatos somnos efficiunt, ut statim excitent. Sicuti autem in primo die, ita etiam in secundo somnitionem & inuicem illis exhibebimus. Quippe largi ijs apponere, quibus aufertur potius aliquid debeat, plane est cotinuum: sicut rursus oino non nutrire, & fastidia stomachi (quas graeci *δυσπεψία* uocant) creat, & eundem laedit, & uires labefasciat, & malum succum adauget. Ergo exiguum his dandum ac potissimum

ὁ ἴσχυρος ἱ. παρὰ τὸν ἀλίκον.

ἴσχυρος ἱ. παρὰ τὸν ἀλίκον. ἴσχυρος ἱ. παρὰ τὸν ἀλίκον. ἴσχυρος ἱ. παρὰ τὸν ἀλίκον. ἴσχυρος ἱ. παρὰ τὸν ἀλίκον.

Ac potissimum, si fieri potest, pituita cremor simpliciter conditus, si minus, farris eodem, quo pituita modo preparatus, cum paulo aceti adiecto: praesertim si cruditatis abundantiam uel in uenis, uel in toto corporis habitu subesse suspicamus. Quippe, si nihil prorsus aceti sit aliter admixtum, glutinosior erit quam ut propositis conducatur: itaque obstruet magis, quam detergebit, halitus meatus: quod tamen maxime peritur in crassis ac glutinosis succis, cuiusmodi plura omnes pituitosi sunt. Ac boni quidem succi far ipsum est, & propterea eiusmodi, qui a uitioso facile securos praestent. Ceterum nisi letor eius corrigatur adiectis aceto & porri modico, non solum obstruet, sed etiam nutrit plenius, quam propositus sit ex usu. Hac itaque de causa pituita cremor in hoc casu tutior est, ut qui tum modice nutrit, tum nusquam per angustos meatus hareat, sed & permeet ipse, & meatus per totum detergeat, & quicquid in semicoctis crudisue succis continetur crassi, id dissecat ac resoluat. Horum ipsorum gratia & nullis his idonea est, & oxymeli, & apomeli, & piper, & zingiber, postremo omnia quae citra uitiosi generatio nem succi, humorem crassum dissecant soluantq;: quorum materiam latius in sequentibus profequemur. Ad institutum uero nunc sermone exempli loco posita sunt, & quae iam sunt dicta, & quae nunc dicenda. Frugum namque maxime apta est pituita. Olerum, sola lactuca. Picium, qui laxatiles dicuntur. Panis, qui & turino coctus, & fermentatus, & modice purus est. Aues monticola. Potio oxymeli, mulsa, uinum tenue, & album, semelque quae boni sunt succi, eademq; detergent, nec glutinosa sunt, nec crassum succum efficiunt, nec ualenter nutriunt. Quae uero urinam cient, hoc casu non probo, maxime quae praualentia ex his sunt, & sanguinem calfaciunt ac liquant, quippe, quod concoquendum probe est, huic tanta adhuc uexatio non conuenit. Haec itaque omnia secundo die facienda ad hunc modum sunt, atque etiam tertio, quartoque. Ad haec praeterea, si tum lassitudinis sensus leuetur, tum corpus coloratus appareat, tum somni quieti, & urinae concoctae sint, fricare quidem liberalius, exercitare uero parce hominem audebis. His ita peractis, si nullus lassitudinis sensus praeterea supersit, ad consuetas statim exercitationes hominem reduces. Sin quamquam appareat prius aut symptomatum, aut notari, rursus tu quoque in id intentus, mutare tentabis ea, quae particulatim non recte habent. Si itaque solius lassitudinis sensus recordatio superest, ceteris notis omnibus bene se habentibus utique apotherae munere lassitudinem submouebis. Sin autem turbatae notae sint, & ueluti confusae ceterum lassitudo abest, in quiete maiore seruare hominem oportebit. Si uero ambo coierint, eadem ratione hominis cura ages, qua prius uisus in eum statum duxisti, quo etiam exercitationis aliquid tentare auderes. Atque ita quidem iam comprehensio affectui medendum censco.

C De affectu ulcerofo, cui conuulsa sit cruditas primarium uenarum, ac de diospolitico & medicamento trium piperum parando. Cap. 5.

At, si in eodem homine reliqua eadem sint, ceterum in lassio corpore sanguis bonus exiguus sit, crudi humores plurimi, huic nec sanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum. quippe incisa uena bonum sanguinem emittit: malum, qui in primis maxime uenis circa iecur, & quod melenterium uocant, colligitur, in totum attrahit corpus. Deiectio uero in talibus tormina & rosiones creat, animique deliquia, cum eo quod nec notatu quippiam dignum educit: quando crudi omnes succi, pigri, atque ad motum inepti propter crassitudinem frigiditateque sunt. Quo sit, ut etiam omnes angustas uias obstruant, per quas id, quod medicamentum deijcit, ferri ad aluum debeat: itaque nec ipsi educantur, & alijs sint impedimento. Id quod sane Hippocrates illo oraculo praecauit, quo breuissime praecipit, Concocta medicamento tentanda esse, non cruda. Eadem de causa nec exercitare, nec omnino mouere, sed nec lauare expedit eos, qui in primis uenis crudorum copiam habent. Siquidem omnes id genus motus, succos illos in totum corpus agunt. Seruandi igitur hi sunt in omni quiete, dandaque ipsis cibus, potio, medicamentaq; sunt singula eius generis, quae attenuent, dissecent, & conficiant succorum crassitudinem, idque citra manifestum calorem. Nam, qui excoacti uehementius succi sunt, in omnem corporis partem feruntur. Ergo nutries hos maxime oxymelite, aliquando etiam pituita & mulsa exiguo quopiam. Sustinent enim uictum, si modo alij ulli, tenuem, ipsa nimirum crudorum copia, quos paulatim concoquant, ad corporis alimentum abutentes. Quonia autem praecordia istiusmodi omnibus turgida inflataque sunt, ac facile, quicquid assumptum fuerit, in statum uertitur, non inutile fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod statuosus spiritus crassitudinem soluit, & quae in praecordijs pigra cessant, ad uentrem inferiorem depellit, & concoquendis, quae sumptis, subuenit, pro eorum piperum ratione. Quod si huius copia non est, utique albo utendum, quippe quod supra duo reliqua genera uentriculum roborat. Sin hoc non adest, optimum nigrum petendum est. Id uero fuerit, quod pondere praecellit. Sane utilis sit & diospolitico uocato medicamento uti, cuius copolatio duplex est: Alias ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro, potestq; ita magis uentrem soluere: Alias, cum reliquorum pari pondere miscetur nitri diuicidium. Praestiterit autem cuminum esse, quod uocant atropicum, piper nero uel longum, uel album. Macerabitur cuminum in aceto maxime acri, dein continuo id tunditur, tum etiam prius modice frigitur in uase fictili, quod coctum in camino quam optime sit. Quae, exacte penitusque cocta non sunt, haec lutosa ponas, quam figulina sunt, & qualitatibus suarum non nihil medicamentis tenuerunt. Sumro uero & ruta folia modice succata. Ut, nisi plusculum siccetur, acris amaraque redduntur, & supra, quam par est, calida, sic, si prorsus non sic-

Al. 3. 6. 3. d. 2. c. 14. p. 1. 2. 3. C

* το ἴσχυρος ἱ. παρὰ τὸν ἀλίκον.

riac sic. Quod utique, si, quo tempore requiritur, competeret, matrum id est. Jam sampsychium oleum...

*Grecis lothio habet...

*Grecis lothio habet...

*In grecis legitur non...

*In grecis legitur non...

De ulcero affectu, cui crudorum succorum copia in corpore uniuerso coniungatur. Cap. 9.

Uero reliquas lassitudinis affectus sit, in quo supra ulcerosum sensum copia crudorum in toto corpore congesta est...

A. l. 1. f. 3. d. 1. c. 1. 6. p. 125. b.

De curatione affectus, qui tensionem, et qui inflammationem refert. Cap. 10.

Ac de primo quidem lassitudinum genere, in quo punctiois quidem sensus omnes animalis partes infestat...

A. ibidem.

*Aristoteles...

Apium ferent. Sed nec euadent, nisi alia quapiam ratione leuentur, aut sanguinis e naribus profluat, aut largo sudore effuso...

Quod si carnem quoque gustare uelit, laxatiles pisces uel omnes in albo iure bene elixos dabis. Voco ius albu...

A sanguinis detractione non esse statum nutriendum. Cap. 11.

Reliquum ergo est, ubi docuerimus non esse a sanguinis missione festinanter reficiendum, hic librum hunc finiamus...

uirtutibus

uirtutibus legat, in quo primum illud liquido demonstratum est, uentrem sua ipsius causa nutrimentum suscipere, ut eo tum fruatur, tum, quod sibi deficit, suppleat, eoque amplecti id iudicet, ac retinere totum, quoad se satauerit. Secundo illud, eundem, ubi ali praterea non desiderat, inam sui partem...

GALENI DE SANITATE TUENDA LIBER QUINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Omnem senum victus rationem absoluit, ac communia praecepta docet, quibus affectus morbose omnes emendantur, & intemperies corriguntur.

Medicorum negligentiam tum in alijs insuendis, tum in se ipsis regendis huius operis prolixitatis causam fuisse.

Cap. I.



VICTVM de sanitate tuenda librum ingrediens, si qui forte erunt, qui prolixitate operis nostri grauabuntur, hos primum solari nolo. Non enim nostra id culpa euenit, sed propositae rei natura. Si enim fieri potest, ut, qui breuibus longam contemplationem absoluit, nihil necessarium omittat, fateor errore meo, ceu nulla necessitate ambages secutus sim.

scilicet i. morbosum.

si presens omne uo - cam... quae hic signi - ficat detestari dicitur.

A rarissime, nec nisi ex lassitudine incidit. quamuis in puerili aetate, atque etiam tum in ephibia, tum adolefcentia, morbis, nec paucis, neque his leuibus premerer. Sed post octauum & uigesimum annum, cum persuasissimè mihi esse conseruandae sanitatis rationem quandam, praeceptis eius per totam deinceps uitam parui ita, ut nec minimo morbo post laborauim, nisi forte (quae tamen rarius incidit) diaria febris...

Summa earum rerum, quae ad optimi corporis lapsus cognoscendos & emendandos faciunt.

Cap. 2.

Initium uero mihi ab optima natura iustum erat, ad cuius curationem omne consilium dirigitur, non eo, ut corrigatur, sed ut in statu suo seruetur. Id quod ipsi haecenus fecimus, qui de ea hucusque per singulas aetates praeter inclinantes (παρακλινας) graeci uocant) egimus. Cuius extrema pars senium proprie dicitur, ipsum quoque in suas partes diductum, ut post dicemus, ubi ea pars artis trahitur, quae de senibus curandis agit...

ut corrigatur, ex presentium collatione docebit. Nam, si gracilius redditum corpus sit, aestimare oportet...

De ratione fricandi & exercendi senes, tum qui validas & firmas partes, tum qui imbecilliores sunt nati.

Cap. 3.

Atque optimum quidem corpus cuiusmodi sit, dictum iam est. Quod ab huius perfectione defecit, scire licet tribus id de causis defecisse...

Ut lauit, sumpsitque cibum, det membra sopori. Namque haec iusta seni.

Non tamen in hoc totum esse positum. Postulat enim senum non secus quam iuuenum corpus dimoueri...

Præter fidem antiquissimi codicis ex libro coniecto apparet non legendum esse...

A. 1. 1. f. 3. d. 3. c. 1. p. 176. A.

A. 1. 1. f. 3. d. 2. c. 1. p. 173. B.

A. 1. 1. f. 3. d. 2. c. 1. p. 173. B.

A. 1. 1. f. 3. d. 3. c. 1. p. 176. C.

A. 1. 1. f. 3. d. 3. c. 1. p. 176. C.

A. 1. 1. f. 3. d. 3. c. 1. p. 176. C.

ΕΥΡΩΣΤΡΟΥ ΜΕΤΕΡΕΩΝ Ι. ΜΟΔΕΡΑΤΟΝ ΜΟΤΟΝ.

Acis diebus carne impleuimus. Verum, quod alijs ex affectu certo in tempore incidit, id senibus adeo perpetuo, quippe quorum omne corpus frigidum est, nec potens alimentum ad se trahere...

æstimaveris, licet, uel addas aliquid quotidie, uel de ualibus, ac quod omissum est, corrigas ueluti statim E de ijs, quibus gracilia sunt crura. Ipse nauque, cum aliquando traditum mihi tredicim annorum puerum, toto augmenti tempore ad ea, que prædixi, præcepta curassem, reddidi iuuenem concinnum, legitimumque modum. [Nam primo die illitum prius, bis deinceps, ut soleo, pice, iussi currere,] nec celeriter nec multum. Secundo die frictione, que in qualitate quidem esset dura mollisque media, in quantitate uero exigua, atque hac cum pinguitudine adhibita præmollium iussi paulo plus currere, quam prius, non tamē celerius. Ab ipso uero cursu ea, que apothepiæ debetur, frictione sum usus. Iussi uero quotidie ambulare, sed inter iniria modice, post uero modum augere. Aestimabā quoque in cruribus tum alia, tum præcipue uenas, num amplius increuissent, quam pro crurum bene alendorum ratione. Quippe id graue est, & quod tempore tum fluxiones humorum adlescit, tum ualgos facit, haudquaquam hominum habitum crurum. Ergo non huic modo notate esse attentum conuenit, sed & illud obseruare, nū calidiora iusto reddita crura sint: num lassitudinis quippiam sentiant. Nam, si nihil horum apparuerit, augeri tum ambulationis modum, tum cursus oportebit, atque etiā alternis diebus picari. Sin aliquid eorum cernitur, tum & crura non pro consuetudine deorsum ac proua, sed contrario situ, id est sursum habita in lecto collocare conueniet, & copiam omnium, que dixi, minuire, minus inambulare, minus currere iubere, frictione inferre sursum uti. Hæc faciens, ubi naturalem placet habitum crura receperunt, cursus ad eum, quem coepisti, remedium usum redibis, aut exiguis eorum incrementis usus, aut etiam eundem perpetuo modum seruans: adhibebis & quas rotundas frictiones uocāt (har mediæ sunt durarum ac mollium) alias a superioribus, alias ab inferioribus partibus, incipiens. Aliquando uero & puluere prius inspersis cruribus oleum infundes, mox fricabis. Esto uero puluis, qui appellat pinguis. Sane ita appellant, in quo nec asperum quippiam nec acre subest: quippe extenuat potius, quam carnē auget, quisquis aut pumicosam asperitatem, aut nitrosam salis uel acrimoniam in se habet. Sicni uero crassiora qui dem crura sunt, brachia uero cubiti que gracilia, huic omnia, que per manus sunt, exercitia sunt petenda: fugienda uero, que cruribus obiciunt: frictiones tamen & picationes simili modo fiant, aliaque, que de exercitijs crurum iam diximus. Neque enim parua in ipsi differentia est, alijs omnino ad morum in ualidis, etiam si septuagesimum ætatis annum nondum attingerint: alijs multo his robustioribus, qui etiam supra octogessimum sunt nati. Ergo qui imbecilliores sunt, hos gestatione potius, quam inambulatione dimouebis: ualidiores uero que genere exercitabis: ægesque ad secundam frictionem utrosque, non tamen similiter, sed semper imbecilliores citius. Nam id quoque, ex maxime communibus præceptis est, ubi imbecillæ uires sunt, crebra exiguaque frictione utendum: ubi ualidæ, rara multaque.

De cibandis senibus, ac de ratione uictus, quæ Antiochus medicus, & Thelephus grammaticus, qui longissima uixerunt, usabantur.

Cap. 4.

Sed hæc atque alia ut dixisse quidem est facillimum, ita præesse senis sanitati tuenda, sane est difficile. Similium æque ut eorum, qui ex morbo conualescunt. Porro hanc artis partem appellat iuniores medici graue Analepticon, quia refectricem dicas illam, quæ senum sanitati prospicit, Gerocomicon. Videturque huic ambobus affectus non esse exacta plane sanitas, sed uel morbi & sanitatis affectus, quidam uel diu uel omnino etus sanitatis non esse quæ firma constantque sit, quam uel appellat, sed eius potius, quæ fallax incertaque sit, quam isti uel nominant. Ergo, siue morbum, siue morbosum quendam affectum, siue medium quidam sanitatis morbi que, siue uel sanitatem, senum appelles, huiusmodi questionibus, eum his uel uel homines petunt, pro nihilo habitis, scire licet senilis corporis statum, quoniam ex leui momento in morbum decidit, simili ratione ijs, qui ex morbo conualescunt, in uictu esse curandum. Quare dicitur quidem facile est, seni expedire mane oleo ungi, ac fricari: ceterum apte hæc opere peregrisse omnino difficillimum est. Nam durior paulo frictio lassitudinem affert: præmolli uero inefficax est: sicut etiam, que exigua omnino est. At multa magis per halitum digerit, quam ad ueritatem conducit. Iam locus ipse, ubi corpus senis nudatus, si frigidior est, non solum nihil affert: frigori obnoxium reddit. Aestate uero & per halitum exhaurit, & uires deiecit. Qui enim sanis sunt, ijs ne uehementis quidem causa corpus alterat: seni uero uel minima causa maxima mutationis occasio est. Similiter igitur se habet in cibi tum qualitate, tum modo, quippe in quibus senes, si breue quippiam transgressi limites sint, non leuiter leduntur: cum iuuenes uel ex maximis erroribus minimum noxæ sentiant. Ergo rarius est imbecillo seni exiguum dare ter die, sicut Antiochus Medicus solitus est se cibare, iam quidam annos natus plus q̄ octoginta, ac quotidie ad forum progressus in eum locum ubi concilium ciuium conuenerat, interim etiam longa uia ad egros inuadendos pergens. Ceterum domo in forum quasi trium stadiorum spatium pedibus confecit. Quo etiam modo infirmos, si quos prope habebat, iussit. Longius uero si quo erat eundum, partim gestatus in sella, partim uehiculo uehebatur. Erat autem ei domi domuncula quedam, qua hyeme calebat camino: aestate citra ignem bene attemperatum aerem habebat. In hac mane omnino fricabatur tam aestate, quam hyeme, utique deiecta prius alio. In foro autem loco aliquo circiter horam dici tertiam, uel ad summum quartam, sumpsit panem cum arisco melle, plerumq; cocto, rarius crudo. Postea partim cum alijs conuenerans, partim ipse solus aliquod legens, ad sextam usque horam perseuerabat.

Tib. 2. d. 3. c. 3. B. C.

Gal. 1. 1. d. 3. c. 3. B. C.

Gabianum potius uide legendum. Gabius opido largitor uel Gabinis populis Italice.

A. 1. 1. d. 3. c. 3. p. 10. B.

G

est crassa.

quædam quant.

A. 1. 1. d. 3. c. 3. p. 10. B.

A uerabat. Ab hac tum in publico balneo fricabatur: tum uero exercitabatur, aptis scilicet seni exercitationibus, de quarum forma paulo post agemus. Mox lotus prandebat medio criter, primū ijs sumptis, que alium deiciunt: post hæc maxime piscibus, uel quos saxatiles uocāt, uel qui in alto mari degūt. Rursum in cœna a piscium elu abstinuit, sed boni siccū aliquid, ac quod non facile putresceret, sumpsit: utique aut far cum melle, aut uicem ex iure simplici. Atque hac quidem uictus ratione Antiochus in senio usus, sensibus illatis, membrisque omnibus integris ad extremū durauit. Telephus autem grammaticus prouocatore, quam Antiochus, ætate fuit, ut qui ceterum fere annos uixerit. Is uero hyeme bis mense lauabatur, æstate quater, medijs harum temporibus ter. Quibus uero diebus non lauabatur, ijs circa tertiam horam unctus est cum exigua frictione: mox mel optimum crudum alica in aqua coctæ permistum estabat, eo que solo contentus pro ieraculo fuit. Prandebat septima hora, aut paulo citius, primū oleribus sumptis, deinde piscibus gustatis, aut auibis: uespere autem tantū panē ex uino misto edebat.

De uinorum natura, ac qualia senibus accommoda sint.

Cap. 5.

Sane uinum, sicuti pectus est alienissimum, ita senibus est aptissimum. Esto autem id ex ijs, quæ calidioris naturæ sunt, qualia sunt in Græcia quidem Ariusium, & Lesbium, & quod Mysum uocant, non ex ea Mylia, quæ ad Istrum est, sed ex ea, quæ Hellepontia dicitur, quæ nimirum in nostra est Asia, Pergamo uicina. Ex Italicis uero Falernum, & Surrentinum: proxima his sunt in Italia quidem Tiburrinum, & Signinum, ambo uetera, quando nouella nec deductionem nutrimenti in corpus adiunxit, nec urinas promouent, sed diu in uentre fluctuantia permanent. Secundo ab his loco sunt Adrianium, & Sabinum, & Albanum, & Gabianum, & Triphylinum: præterea omnia Aninæa, quæ in Italia nascuntur, & circa Neapolim, & in Thuscia. Ceterum Mysium Surrentino similes uires habet: Falerno uero, quod e Trmolitis est optimum. At Sabino & Adriano Titacazenum & Ariusium sunt similia. Ergo de his modice antiquitatis bibendum senibus est, utique quibus ualentius caput non est. Quibus autem est, ijs & Falernum, & Surrentinum, & Ariusium, & Lesbium, & Mysium, & Trmolites idonea sunt. Ergo in omni regione ad prædicta exempla deligere sibi quisque idoneum poterit, tunc uidelicet omni consilio uini pro senibus deligendi directo, ut in substantia sit tenuissimum, colore, quod Hippocrates uel id est, suum appellare solet, poterat autem & fluuuium, id est flauum, id appellare. Commodum uero uinum est, & quod uel graece id est pallidum, dicitur, utiq; quod medio colore est inter flauum & album. Quippe, si flauum albo miscere liceat, quod ex ambobus constat, pallidum euadet. Et iam aquæ admistum flauū, eiusmodi colorem reddit: uerum pro maiore minore uel aquæ modo alias pallidum, alias ueluti quod graece dicitur, id est ex pallido albicans, uel quod dicitur, id est ex pallido flauum, apparet. Calidissimum ergo ex iam dictis, si colorem spectes, flauum est: minime uero calidum, album. Quæ media inter hæc sunt, prout alteri magis accedunt, ita uim eius exhibent. Vnum igitur illud maximum senibus commodum ex uino accedit, quod omnia eorum membra calcificat: Aterum, quæ per urinas seorsum sanantur expurgat. Itaque etiam optimū id senibus est, quod hæc maxime præstat. Porro id est, quod subtilissima quidem tenue est (quippe urinas mouet) colore autem flauum, proprius enim est præcalidiorum uinorum color. Itaque etiam quæ ualde ab initio alba sunt, si in uentre fuerint, flauitatem quandam contrahunt: unde primum pallidula, mox uero plane pallida sunt. Quod si longissimo tempore seruētur, ex pallido flauentia cernuntur. Nam, ut omnino flaua sunt, quæ alba uina sunt, fieri certe nequit. Quæ uero ex pallidis aut flauis uinis substantiæ pinguis sunt, hæc & sanguinem augent, & corpus nutriūt: quo fit, ut ea utilia senibus interdum sint, utique quo tempore nec serosam humiditatem in uenis habent, & ali liberalius desiderant. Plurimum tamen, qui hæc sunt ætate, ijs uinis indigent, quæ urinas cient, propterea, quæ aquosum excrementum in ipsis abundat. Quæ uero diu in uentre morantur, eorum sane nullum aptum seni est. Eius generis sunt & Aminæum a Bythynia, & ex Italicis Mursum, & Signinum, & Tiburrinum, quoad uidelicet sunt nouella. Verum hæc omnia alba sunt: nigra uero reliqua, quorum crassa quæ quidem adstringunt, ea longo tempore in uentre manent, & fluctuationes in eo excitant, ueluti, quod in Cilicia nascitur, Sybates, & quod in Asia natum Aegæus uocant, & Perperinum. Quæ uero citra ad fritionem nigra crassa que sunt, quod genus sunt Scybelites & Theracum, ea minus in uentre morantur, urinas tamen nec ipsa mouent, sed deorsum properant. Itaque etiam ante cibum illa sumunt. Ceterum ea senibus utilia non sunt, nec eā præbentur, nec multo magis alio quouis tempore sumpta, ueluti nec aliud quicquam, quod crassum efficiat succum, quippe obstruuntur his iecur, lienis, & renes. Unde, fit ut uinum, qui his liberalius utuntur, alij aqua intereunt, alij calculo laborent. Si quis ergo senum dulci uino uti a balneo uelit, ubi mane comederit, sicuti Antiochum solere diximus, hinc optimum Faulianum Falernum fuerit, aut, si eius copia non est simile aliquod. Porro similia fuerint, quæ dulcia sunt & pallida sunt: proxima his sunt Theracum, & Cyrienum. Non ueterem etiam nec ijs uinis, quæ uelle condiantur, senes uti, maxime quibus suspicio est calculi in uenibus gignendi, aut podagræ alicuius, articularis uel morbi impetus futuri. Porro uinum huiusmodi compositioni aptissimum fuerit Sabinum, aut simile aliquod. Coniicitur autem in id petroselinum. Atque id solam articularibus satis faciat. ijs uero, qui calculo laborent, etiam aliquid Beronica, & Cestri, qui in Gallijs nascitur, est immiscendum: uocant autem herbam eam saxiphagon. Qui uero curiosus id medicamentū componit, etiam spica nardi aliquid iniiciunt. Sunt uero & alia quedam, quibus urinas mouendi uis inest. Verum simplicem potionem plerique ex uino melleque coniiciunt, adiecto rara piperisque exiguo. Si ue-

ro prius, quam lotus est, comedit quippiam, nec uenter eius ullo auxilio eget, uinum album, & quod E parum aqua tolerat, à balneo bibat. At, quæ crassa, dulcia, & nigra uina sunt, ea omnia propterea, quæ obstruunt viscera, sunt fugienda.

Quos vitare, quos sumere cibos sanis oporteat, ne obstructionibus corripiantur. Cap. 6.

Verum obstructio, quæ ex uino incidit, mediocri est. Quæ uero ex cibis istis nascitur, qui succum crassum lentumque creant, huic non facile succurritur. Quo magis cauendum senibus est à mul- to lacte, aut casei, aut uorum, aut cochlearum, aut bulborum, aut lentis, aut fuis, aut carnis esu: mul- toque magis, ne anguillarum, aut ostræarum, aut denique eorum, quorum dura caro difficilisque conco- ctu est, usum frequentent. Ob eandem rationem nec eorum, quæ testa integuntur, (ostræoderma græci uocant) aut charilaginosorum, aut thynnorum, aut denique cetarij generis ullum uisile est. Sed nec ex carnibus ceruina, caprinæ, aut bubula. An hæc potius nec alij ulli sunt utiles? O- uilla uero iuuenibus quidem non malus est cibus: senibus uero nec ea est commoda: atque etiam hac multo minus agnina, quippe quæ humida, & glutinosa, & pituitosa est. Hoedina uero sanæ non incommoda seni est. Præterea aues eæ, quæ extra paludes ac flumina stagnaque degunt. Salita uero omnia meliora recentibus sunt. Ergo, sicuti diximus, ante omnia cauendum ab istis, qui obstruunt, ci- bis est. Quod si res cogat aliquando copiosius his uti, protinus sumendum medicamentum diacala- minthes est: cuius compositionem supra in quarto posui. Eius si copia non est, diatiron pipereou pen- dendum. Sin ne id quidem ad manum est, piper album tufum cribratumque diligenter, ac in polline redactum, & cum cibus esse, & potioni inspergere, sed & capras esitæ tum expediet: quin etiam allium, si huic astuerit. Antidorus quoque ex uiperis, quam Theriacem uocant, non incommode senibus datur potissimum, ubi post obstruentes cibos, ea, quæ obstructiones liberent, ante hanc exhiberis, tum enim efficacissimum ex Theriacle præsidium expectes. Quod si ab istiusmodi subducta alius sit, utilissime Theriacem postredie dederis. Aequè uero, & quam Ambrosiam, & quam Arhanasiam uo- cant, aliaque id generis medicamenta, quæcunque ex prædictis aromatis sunt composita. Seni tamen, qui accurate sibi prospexerit, nusquam tali medicamento opus erit: sed, si quando extenuante uic- tus ratione cegbit, satisfacient, quæ alio opere seorsum scripsimus, in quo de extenuante uictu differimus.

De pane, & optimo senibus lacte comparando. Cap. 7.

Iam illud patere arbitror, panem quoque his exhibendum, qui nec saltem, nec fermentum, nec sub- actionem, nec iustam coctionem desideret, non autem aut istam publice laudatam similaginem, aut, quæ ex ea sunt, bellaria: quippe omnia talia non solum coctura difficilia, sed etiam mali succi sunt, uisce- rasseque obstruunt. Ac nisi placens, quæ ex butyro & similagine sunt, mel affatum esset aduultum, nullus cibus omnibus hominibus, ædum senibus, magis erat aduersus. Ceterum quid noxijs salubria miscæas, cum liceat melle per se uti, partim cocto, partim crudo cum pane? Cura uero maior habenda est de panis bonitate, quam mellis. Nam mel perfecto melius fuerit, quod specie ac uiribus Attico sit si- mile. Quod si tale non datur, quolibet urare, modo ne mali odoris sit, neque ceræ qualitates aperte præ- ferat, neque præsertim qualitatem quampiam extraneam. Adeo uero panes id generis, quales, quales reu- li, utile quicquam senis corpori non conferunt, ut etiam sint alienissimi: atque hoc amplius, quo sunt ma- gis puri. Video autem athletis id genus studio præparari, uerum his ad ea, quæ moluntur, aptum est. Se- ni, nisi multum admistum sit salis, nisi multum fermenti, nisi diligentissime sit coctum, crassum efficit ac glutinosum succum, qui nec ulli alij est utilis copiosus inuictus. Ergo & obstructiones in iecinore, lie- ne, & renibus facit, maxime quibus in his uisceribus ualorum exitus angustiore natura sunt. Nam, si- cuti in ijs uenis, quæ palam oculis subiiciuntur, non parua amplitudinis diuersitas cernitur: tum alterius hominis ad alterum, tum in inuis uicibuslibet partibus, sic in ijs, quæ intus latent, se habere putandum, hanc tamen differentiam prius, quam experimento sit explorata, inter noscere non est. Experien- tiam intelligo, quam ex eorum, quæ sumuntur, singulis facere licet [ita, ut, si quis hæc cras- sa sumere sit assuetus, nec tamen offenditur, latas habere prædictorum uiscerum uenas sit putan- dus, sin facile offenditur, angustas.] Non minus enim senem quendam agricolam, qui amplius, quam cen- tum annos, uari uitam egerat, huic plurimum nutrimenti caprinum lac erat: quod alias cum mica panis in eo macerata statim sumpsit: alias mel immiscuit: alias coxit, etiam thymi cacumina unâ cû pane in- iiciens. Hunc quidam imitatus, uidelicet tam longe uitæ causam ratus in lacte subesse, perpetuo læde- batur, quocumque in modo sumpisset. Nam primum illi grauabatur os uentriculi: mox tendebantur in dextro præcordia. Alius quoque, simili modo cum lacte uti coepisset, de reliquis nihil est questus (quippe qui & probe id concoxit, nec acidum aut humidum rictum ex eo sensit, nec statum aut grauiteratem in præcordijs) septimo tamen [quâ sumpserat] die iecur se sentire manifeste grauatum dixit, quippe uideri sibi quiddam in dextris præcordijs, cæu lapidem, iacere, sic ut & deorsum traherentur, quæ supra essent, & tensio ad ingulum usque pertingeret. Constat itaque huic obstructum iecur fuisse, illi statu intu- misse. Quin etiam nosi, cui ex diuturno lactis usu calculus in renibus est natus: sicuti alij quendam, qui oes dentes amisit, læsitque: id uero alijs quoque multis cogit ex diuturno lactis usu. Alij rursus citra nos lacte perperuo sunt usum etiam cû maximo fructu, ueluti agricolæ, quæ supra centum annos uixisse diximus. Vbi enim nec lactis qualitas utæis naturæ quicquam est aduersa, & uiscerum easitas faciles propter uenarum amplitudinem

* Quædam hie subesse mendum putant, nã uua si recetia sint, & bene parata, in digna sãt qua in hoc catalogo numerentur potius igitur in græco non sicut, sed aut sicut, & sicut legentibus decur. græci autem dicitur ea sunt sortis, adstringentia, crassa, ac obstruens cibum. A. l. 1. f. 3. d. 5. c. 2. p. 126. A.

A. l. 1. f. 3. d. 5. c. 1. p. 126. A.

A. l. 1. f. 1. d. 1. c. 1. p. 9. A.

* Grauedines sic enim lactini sicut uocantur.

* i. acidu.

* Aliqui codices græci non habent sicut dicitur, sed sicut dicitur, i. sine pane, quæ lectio uidetur melior, cum prius dixerit solum.

* i. com- munes.

* Grauedines sic enim lactini sicut uocantur.

A. ibidem.

Amplitudinem sunt, qui ita sunt affecti, ij commodis lactis fruuntur, omnis eius incommodi expertes. Porro comoda lactis iam alijs ante me medicis dicta sunt: nempe uenteris moderata deiectio, succi bonitas, & nutritio, pascuis quoque ipsi animalium, quorum lacte utendum est, non parum ad hæc con- ferentibus: quanquam sunt, qui pascuorum ratione plane pro nihilo habeant, quasi nihil parumve ad lactis bonitatem conferant. Ceterum haud dubie uidentur animalium, quorum usum lactis esse inesse. Ex quo patet, quod ex uitioso pascuo acie, acutus, & austerum reddetur, naturam uidelicet herbarum imitatur. Itaque enim, qui ante nos medici fuerunt, ipso rei usu docti, quædam pascua, utique quæ lacti essent in- eptas, & pascua dixerunt: ita enim græce appellant: de quibus ipse quoque alibi tractauimus. Nunc hæc- nus saltem de his intellexisse abunde est animalium, quorum ueluti optimi succi lacte sis usus, neque acris, neque acuta, neque admodum austera debere esse nutrimenta. Illud uero, uel me tacente, constare arbitror, animal ipsum & florente ætate esse, & corporis habitum plane inculpari debere. Satiuseque fuerit alterum capram, alterum asinam esse, earumque lacte uicibus uti, quippe asinae lac, tenue ferofumque est: caprae, mediocri substantiæ est. Itaque hoc nutrit magis, ubi uidelicet nutritione est opus: illud om- nino tutius est. Nam, & si quando solum eum pane sumitur, tum citius subducitur, tum minime est sta- tulentum. sed nec in uentre cogitur, potissimum si prius salis aliquid & mellis immiseris. Oportet autem non huius modo, sed etiam reliquæ omnis auxiliorum materiae uires seorsum prædicasse, qui ipsi res- cre sit uisurus, ne sæpe nobis de ipsis eadē repetere sit uicessesse. Ac nunc certe mihi uideor longius quam pro re proposita, de lacte uinoque disputasse. Siquidem præstitisset commoditate eorum in senes ex- plicata, qui iam tum facultates utriusque publicas, tum priuatas differentias didicisset, hunc ad mate- riæ delectum remittere, utique de uino tantisper præfatos, quod quæ calidiora sunt, quæque urinas mo- uent, ea senibus magis conducant. De lacte uero, quod non omnibus sit exhibendum, sed ijs solis, qui id probe concoquant, nec ullum ex eo symptoma in dextra præcordiorum parte sentiant. Sed, qui uerum propter multorum ad legendos eos libros, in quibus prolixius de præsidiorum materia dif- ferunt, fastidium longiores esse subinde cogitauit, merito (ut arbitror) nunc quoque condonabitur no- bis tractationis modus, si exacta breuitate in uniuersali methodo minime utimur. Illud tamen non igno- randum, fieri non posse, ut uero quis comprehensis materijs ex huiusmodi solum doctrina utatur, quæ- le modo de lacte uinoque tradidimus. Immo, qui his optime uti uolet, didicisse hunc prius oportet pro- priam de omni materia tractationem: in qua tum publicas materiae uires æstimauimus, tum priuatas eius differentias usque ad ultimas species. Neque enim de ceteris omnibus, quæ scire opus est ei, qui senis sanitatem tutabitur, expedit hoc opere fuisse tractare, sed satis est de quibusdam, uidelicet quæ seni- bus maxime sunt necessaria, ita determinasse, quemadmodum paulo ante de lacte uinoque egimus, de quibusdam etiam breuius, quam de his fecimus, sicuti rursus de alijs in totum nihil dixisse: quanquā cui extendere sermonem cordi est, potest omnium, quæ in senibus abundare solent, meminisse, atque ad hunc modum dicere.

De uictu senum pro ratione affectuum, quibus infestantur. Cap. 8.

Ceterum satis est & dereliquis dicere, quæ senum plerisque incidunt: ut sunt raucedines, quos branches, & destillationes, quas uisceras græce uocant, & calculus in renibus, & articulares mor- bi, & podagra, & asthma, aliaque id generis. Atque ad raucedines quidem & destillationes, uictus ra- tionem hanc, medicamenta uero hæc comparate oportere: ad calculum uero, & reliquorum singula, hæc. Atque ad eum modum de reliquis differens, non diligens modo uidebitur, sed etiam in senum curan- dorum scientia doctus. Verum, sicuti nec horum quicquam scribi in tractatione de senum curatione conuenit, cum præsertim ex morborum curandorum methodo, quisquis in hac sit exercitatus, ea liceat sumere, ita rursus nec, cum sola communia dixeris, ibi desistere, sed ipsis propositis aliqua mox ex particularibus subiicere, quæ maxime propositæ disputationi sunt accommodatæ: ueluti ipsi fecimus. Nam quoniam in ijs commentarijs, quos de temperamento scripsimus, indicatum est senium indubitate frigidum esse, non tamen indubitate siccum, utpote non ullis id humidum esse affirmantibus, conue- nit sane, ut ijs, quæ de senum temperamento demonstrata sunt, ad hanc artis partem, quam de ipsorum ductu nunc instituumus, hypotheticos loco acceptis, ipsarum rerum scopum ab illa sumamus, ac non nulla par- ticularium tractemus, partim exercendi discantis causa, partim ad inuentionem eorum, quæ consul- to omnia sunt, futura ueluti exempla propterea, quod non omnes ita sint solertes, ut ex solo uniuersa- li præcepto ipsi particularia inueniant, sed, qui ad ea ueluti manu ducat, desiderent. Quippe quibus exercitata ratiocinatio est, ubi senis corpus, quantum ad ipsas partes attinet, frigidum siccumque esse audierint, facile autem serosis & pituitosis excrementis ob uirium infirmitate impleri, hæc qui- dem conabuntur emittere, solidas autem ipsas calcificare atque humectare. Verum, qui excremento- rum copia decepti, indefinite pronunciantur senum temperamentum esse humidum, ij protinus in ipso primo agendorum consilio falluntur, dum senum corpora sicca putant. Itaque ex cibis eos potius, qui siccant, exhibent, ueluti ex oleiibus brassicam potius, quam maluam, aut blicum, aut lapa- thum, aut atriplicem, aut lactucam. Ex leguminibus præsertim lentem, & præfaba milium, & præ- zea panicum. Ex fructibus amygdalas, & terebinthi semen potius, quam cucurbitas, & cucumeres maturos, & pruna, & mora. Iam ex carnibus eas, quæ feruunt sunt potius, quam cicurum: & salis

tas potius, quam recentes. In tota denique uictus ratione, quorum uis humida est hæc fugiunt: quorum...

Quibus senes uti debeant ad aluum ciendam.

Cap. 9.

Quoniam autem tum pituitosum, tum serosum excrementum in senum corporibus colligitur, & urinas moueri quotidie conuenit, non tamen per pharacas, sed apio, & melle, & uinis, quæ id præstare ualeant...

A. l. r. f. 3. d. c. t. p. 145. C.

270 p. 148 cam.

A. ibidem.

A. ibidem.

A. ibidem.

* ενυδρον ιματιν ανδρυστων. i. consuetudinis studium.

* μετρον id est mensuram.

* ενυδρον. i. id est catio.

Aris uolumine prouenientis in nobis senectutis necessitas. Ergo tum ex illo, tum ex ijs, quæ de temperamentis, atque etiam ex libello, quem de marasmo scripsimus, instructior quispiam ad eam artis partem, quæ de senum ductu agit, reddi poterit.

Ratio dignoscendi & curandi omnes affectus, qui in senum & reliquorum hominum corporibus oriuntur.

Cap. 10.

Siquidem omnis affectionis corporalis prouidentia in duobus consistit, nempe propria eius interter per nouit affectum eum siccitatem quandam cum frigiditate esse, si quidem, quæ humectent pariter & calfaciant, præsidiorum materias norit, is idoneus senum medicus fuerit. Quadriplex uero materiae genus cum sit, quæ sumuntur, quæ geruntur, quæ educuntur, quæ foris admouentur, utique ex singulis eligere oportebit, quæ calfacere humectareque possint. Sed ad horum cuiusque commodum usum, exercitatio, quæ per exempla fit, maxime est utilis. Scio ergo aliquando me pueri thoracem, qui ob reliquarum partium symmetria, id est debita conuenientia, non parum aberat, eiusmodi remedij genere ad iustam perduxisse mensuram. Cinxit illi lato modice cinctu omnia, quæ sub thorace ad coxas usque sunt, ita temperans, ut tum citra offensionem hæeret, tum nec laxum quicquam relinqueret, nec etiã premeret. Exercitationes uero iniuaxi, & quæ per tota obeuntur brachia, & uociferationes, quas phonauci ενυδρον appellat. In utrisque uero cohiberi anhelitum iussi. Id fit, cum thoracem ipsum undique ualenter impuleris, anhelitum autem sic compresseris, ut, quem prius attraxeris spiritum, totum intus retineas. Itaque etiam amplius inspirauerit, oportet, qui hoc commode faciet: quandoquidem, quo amplius sit aeris, qui compellitur, hoc magis thorax distentus dilatabitur. Quod autem ipse quoque uociferationes tum magnificandæ, tum in acumen tendendæ sint, id minime est oblitum, si modo uniuersas thoracis partes ualenter exercitauerit in animo est. Atque hæc quidem gliscientium adhuc corporum ea, quæ natura male condita sunt, ad iustam conuenientiam symmetriamque restituent. Eadem modice etiam ijs, qui perfectam iam magnitudinem consecuti sunt, proderunt. uerum in senes nihil tale molindum, utpote cui ferri infirmas partes utilius esse diximus. Utilius uero his est & consueto opere exercitari, etiam si modice noxium sit. Contra iuuenibus ea mutare, quæ nocent, tentandū est, etiam si a pueris his maxime influerint. Possunt enim eorum uires moderate factam mutationem percepturos. At senex, si posset longo tempore sensim malam consuetudinem mutare, propterea quod, quo tempore meliore frueretur, habiturus non esset, frustra laborem infumeret: non aliter, quam si quis artem discere quampiam octogenarius inciperet. Sicuti uero senum ipsorum inter se non parua differentia est, siue id ex ætate species, siue ex corporis affectu, ita & eorum, qui natura sicciore frigidioresque sunt, si ad mediocrem statum compares, non paruum intemperiei discrimen inuenies tum ipsorum inter se, tum uero ad senes. Atque humectare quidem hos profecto calfacereque conueniet, ceterum audacius hæc facere in ijs, qui per ætatem maiori exercitio sunt ferundo, ceu quorum ualidæ adhuc uires sunt. Quippe primum, quo omne remediorum consilium dirigitur, eiusmodi intemperies corporis est, non senium, aut ætas aliqua. Verum, quoniam affectuum naturam per coniecturam accipimus, iccirco ætatem quoque consideramus. Porro eadem utilitas & consuetudinis noiscendæ est, præterea extrinsecus incidentium causarum, quæ procatarticas græce uocant. Quippe ad certiorum affectuum notitiam talia omnia nobis conducunt: remediorum tamen insinuatio ex his non præstatur. At empiricis talia totius concursus, quam ενυδρον uocant, pars esse censentur: quæ syndrome in ipsa curatione est obseruata, haudquaquam ex ijs, quæ fieri affectus postulat, inuenta. Quo rationabilibus Hippocrates de agnoscendo prælagiendoque plurima scripsit, utique in particularibus nos exercens, quod etiam optimi medicorum post eum fecerunt, non ignari huic nullo negotio inuentum in remedia, qui eius, quod curat, corporis ægri sanive affectum exacte norit. Siquidem, ut sæpe testati sumus, incipiendum ab illo medendi præcepto est, Contraria esse contrariorum remedia, ubi uero remediorum materiam compertã habueris, ac simul uires eius intellexeris, male affecto corpori, semper contraria optime se habenti, similia uiribus esse adhibenda. Quinetiam intemperies ipsas, quæcunque adhuc intra sanitatis fines subsistunt, si corrigere studebis, contraria quodammodo uictus ratione curabis: quod tamen per multum sit oculum. Nam, si in negotio sint, similibus ueris: potissimum cum ita fuerint corpora afflueta. Porro accidit alterum horum plerumque magis, ceu naturis ipsis ea, quæ sibi sunt accommodata, sua sponte citraque doctorem eligentibus. Atque hæcenus male affecto corpori contraria exhibebimus, quoad pristinum statum consecutum sit.

De uictus ratione, quæ intemperies corrigit, instituenda.

Cap. 11.

Ceterum ea uictus ratio, quæ intemperies corrigit, longius plerumque procedit propterea, quod similibus maiore ex parte morbis tentamus, qui calidioris natura est, calidos morbos facile incurrunt: qui frigidioris, frigidios: & reliquos pro ratione. Facilius itaque, quicquid intemperatum est, ad propriam naturam redit, quam ad optimum temperamentum uenit. Quippe id cum in medio omnis intemperantia sit, quisquis conueniente nature suæ morbo laborat, ab eo longius abest: qui dissimili, minus. Ergo nec assuetudines ipsæ, tamen præuæ sunt, dissimilibus adhuc sibi corporibus mutandæ.

modice frigidum, id statim in spiritum uertitur, ac funditur. Itaque etiam uere tales nature maxime in ijs morbis patent, qui ex plenitudine oriuntur: quales sunt synancha, cymancha, desillationes, quos ca...

* ad uentrem uertere: per uentrem, uel progocipare.

* παραπινος. id. de cemenis.

A. L. f. j. d. a. c. p. 112. D.


H

Ut lauit, simpliciterque cibum, det membra sopori. Quod tamen in tertiam non conuenit, in qua Telephum grammaticum bis terue mensi lauari dixi.

Monstrantur præcepta, quæ ad omnes lapsus remouendos & declinandos attinent in ijs corporibus, quæ ab optima labuntur sanitate.

Summa earum rerum, quæ superioribus quinque libris comprehense sunt, ac quodnam sit huius sexæ institutum.

Cap. 1.



B

L. I. V. D. huius de sanitate tuenda speculationis argumentum hoc libro inchoaturus, repetenda censeo eorum, quæ hæcenus tractata sunt, capita: quæ utiq; dicendis sunt necessaria. Igitur primum diximus, quid sit sanitas: secundo loco generalis eius descriptio posita est: tertio quemadmodum seruari ea possit, est proditum.

De uitiosis corporum constitutionibus, ac de ea, quæ ex ætate peruenit, differentia. Cap. 2.

Uitiosi autem corporum status genere duplices sunt, cum elementares & primas corporis particulas, quas Aristoteles διαφοραι id est similes uocat, alij æqualiter, alij inæqualiter attempatas habeant. Dico autem æqualiter temperati, cum ad aliquam intemperiem uersæ æqualiter corporis particula omnes aut frigidiores iusto, aut calidiores sunt redditæ, aut sicciores, aut humidiores: aut per coniugationem quædam calidiores simul & sicciores, quædam humidiores pariter & frigidiores, & quædam humidiores & calidiores, quædam sicciores & frigidiores.

* ἰσομερῶς ἴσους ἴσους. id est similes.

æque

æque uero & refrigeratum alterum, quamuis non esset natura frigidus: ad eundem modum & caput, & iecur, & sienem, æque etiam alias partes, aliam quandoque in temperantia affici, cum aut ipse haudquaquam in proprio temperamento essent, aut etiam contrarium plane, quam alia, affectum haberent. Primum ergo de ijs uerba faciam, qui æquali sunt in temperantia, adque ab ijs, qui præcelsi sunt, suspicatus. Sane dictam à nobis in libro de temperamento est fieri non posse, ut intemperies quælibet sola diu duret: quando ipsa sibi ipsi alteram ex necessitate adferat. Indeque factum, ut plerique medicorum quatuor tantum esse intemperantias putarint, easque compositas, simplices uero ne esse quidem. Nam & calidam, dum humiditates semper consumit, parere siccitatem: & frigidam, dum nihil absumit, humoris incremento quodammodo conferre. Eodem modo & siccam per eas ætates, quibus augetur animal, calidius ipsam semper efficere: quibus uero decreuit, refrigerare & siccare quidem solidas corporis particulas, congerere uero abundantiam excrementorum. Simili modo, si humida cum modice calida coierit, existere aliquando in utraque oppositione mediam temperiem. Vtriusque oppositionem intelligo, & quæ ex calido ac frigido consistit, & quæ ex sicco & humido. Erunt autem in medijs temperantia (quod ἑυρημία greci uocant) eiusmodi intemperantia in ipso præcipuum uigoris tempore (quam εὐρημία greci uocant) sed & in remissionis tempore, prout ipsi conuenit. Optimum namque temperiem in adolescentia corpus obtinet: reliquæ omnes ætates deterioribus hac sunt, ut prius est ostensum. Atque hoc etiam meminisse conueniat, unum id quoque ex ijs, quæ dicta sunt. Cum enim duplices actiones in animalibus sint, certe corporales ueri præcipuas obtinet: quæ animi sunt, ea, quæ à pueris ad remissionem usque succedit ætas. Nec tamen est hæc ætas ætatis numero circumscribere, quemadmodum non nulli fecerunt: nisi forte in latitudine quadam. Ergo pubescere quidem incipiunt aliqui, ubi quartumdecimum annum expleuerint, quidam uno post anno, aut etiam amplius. Initium præterea remissionis non nulli habent statim à trigésimo anno nonnulli post quinquagesimum. Ac robur quidem omnibus minuitur post ipsam summi uigoris ætatem: non tamen in sanitate amittunt, tametsi minus hanc, quam ante, laudabilem habent. Ceterum hanc habent non solum usque ad initium senectutis, uerum etiam, in ipsa senectute tota: quæ ipsa quoque quibusdam naturalis esse morbus uidetur. Cum enim nec dolore anguntur ullo, nec ullam actionum earum, quibus ad uitæ munera utimur, aut penitus amiserunt, aut omnino inbecillam habent, utique sani sunt, sanitate, quæ senectuti sit congrua. Meminisse enim profecto oportet eorum, quæ de sanitate demonstrata sunt, nempe quod ampla sit eius latitudo. Iam, si tertia quoque corporis affectio est, quam neutram Herophilus appellat, quæ in ijs, quibus graui euasentur febri conalescendi tempore cernitur, & senili ætate, omnino extra morbum senes erunt, actiones tamen perinde, ut ijs, qui in flore ætatis sunt, firmas ualentesque non habebunt. Verum, si ad uidentem, audiendum, ingrediendum, aliaque facienda, quæ seni expediunt, nullo deficitur corpus, etiã hoc rationabiliter senis sanitate nomine, utique totum hoc uingens, senis sanitatem, non absolute sanitatem. Hæc enim propter ipsam actionum uirtutem integra est, & de qua queri non possit. Senum sanitas querimus non uacat. Quamuis enim omnes actiones habet, nullam tamen ualidam habet. Atque adeo illa pars artis, quæ de senum ducta instituitur, hæc tantum consilia dirigit, ut sanitatem eorum, quatenus fieri licet, tueatur. Corpora uero, quæ à prima statim genitura pronum ad morbos statim sortita sunt, ea plane ad senectutem nunquam peruenerunt: aut, si quando peruenerunt, uno saltem diutino morbo penitus laborant. Proposuius autem in hoc libro de ijs differere, qui uitioso corporis sunt statu, atque hos quemadmodum sanos plurimum tueamur, dilquirere.

De regeñdis corporibus, quæ calidiorē naturam sortita sunt, humida siccare, aut hæc media adiungenda.

Cap. 3.

Ergo initio ab ijs sumpto, qui parem in omnibus corporis partibus in temperiem habent, primum de ijs agamus, qui calidius temperamentum sortiti sunt, ceterum in humiditate ac siccitate modice se habent. Ac talis quidem corporis natura ab initio statim magis apparet sana, quam ea, quæ in utraque oppositione uitiosa est. Vtriusque oppositionem intelligo, & quæ ex calido & frigido consistit, & quæ ex humido & sicco. Eadem dentes edere citius, & citius articulatum uocem proficeret, & citius ingreditur, & singulis annis ad portionem incretset: postea uero, quam adolescentiæ an nos compleuerit, exinde ad remissionem usque manifeste calidior apparebit sic, ut tum morbis, tum symptomatis, quæ à bili oriuntur, facile sit obnoxia. Multus namque calor, dum humorem absumit, siccitas temperamentum reddit. At, cum florens iam ætas item calida sit, nimirum composita eorum temperies calida simul siccaque erit. In talibus autem temperantia bilis abundare tum pallida, tum flaua solet. Ergo, qui hac natura sunt, ad ætatem usque adolescentiæ similiter educandi ijs sunt qui optimæ sunt naturæ: de quibus dictum in præcedentibus est. Postea uero, quam absolutum eorum corpus sit, considerate oportet, utrumne bilis excrementum illis per alium uia cum fecibus expellatur, an ad superiora uentrem sit propensum. Si enim deorsum feratur, constat non debere esse sollicitos. Sin superiorem uentrem petat, per uomitum est emittendum, scilicet longe ualere iussis philosophi ijs, qui uomere ex aqua tepida post exercitationes ante cibum uerant. Nam uino nec ipse sane tum esse utendum sinserim, nisi difficulter id faciant ex aqua. Quippe eiusmodi quadam corporum naturæ sunt, quibus utique uinum dulce, sed ubi aquam præbuerint, est concedendum. Præterea

At terea etiam magis, ubi temperamentum eorum ab initio calidius siccitque fuit, uomitio petenda est propterea, quod magis etiam hi biliosi sunt in præcipui uigoris ætate. Quia & exercitari his utilius est, non acutis exercitationibus & præuegetis, sed potius tardis & mollibus. Sunt enim omnes, qui hoc statum sunt, graciliores. Acute uero exercitationes consensu gymnastarum omnium extenuant: sed lentæ contra corpus implent. Sunt uero & ex ijs, qui impense calido temperamento sunt, qui exercitari proflus non desiderant, sed abunde his satisfaciunt in ambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio. Acute namque & mordax calidum id est, quod ab his exhalat, non humectans, quale ἄρρηκτα greci uocant, nec suaue, citraque morsum: hos uero à cibis quoque balneum iuuat. Quidam uero eorum, incredibile est, quam etiam obese sunt redditi ex tali uictus ratione. Antiquum autem uinum inimicum his est: album uero ac tenue idoneum est. Aestimandam autem in omnibus est, qui à cibo lauatur, num in dexera præcordiorum parte, ubi situm iecur est, dolorem aliquem, aut grauitatem, aut tensionem sentiant. Eiusmodi namque corporum status iecinoris uicij tentari solet, si balneo post cibum utantur. Ac, si quando eiusmodi aliquid uitium sentiunt, ilico dandum aliquid est eorum, quæ obstructum iecur liberent, abstinentumque ab ijs cibis, qui crassum efficiunt succum, ac potissimum si iisdem glutinosi sint. De his dictum abunde nobis est in tribus libris, quos de alimentorum uictibus scripsimus: præterea in eo libro, quem de eucachymia & cacochymia, id est de cibis boni & mali succi, edidimus: itemque in libro de extenuante uictus ratione. Quippe, qui dolorem in iecinore sentiunt, ijs tali uictus ratione utendum omnino est, quoad dolor se remiserit, & dexera præcordia leuia quodammodo sentiant. Utile sane situr & liquorem, in quo macerata sit absinthij coma, offerre: præterea, quod tum ex ea, tum ex amaro & amaris amygdalis conficitur: quod etiam bibere ex oxynele præstat in eo tempore, quod inter surgendum à somno lauandumque interuenit. Nam, & postquam confecta sunt, quæ ex uentre ad iecur reddantur, talia exhiberi præstat, & temporis aliquid eorum operi ante cibum sumendum dari. Non inutile est & medicamentum, quod dia calaminthen uocant: cuius compositionem in quarto horum conuenerationum scripsimus. Verum in biliosis temperantia cauere oportet huius assiduum usum. Sed, & si quando horum quilibet eo propter iecinoris obstructiones utitur, utilius est ex oxynele id bibar. Porro alimentum species, si quis horum temperamentum uertere in melius studet, contraria esse intemperantia debet. Sensum uero id fiet circa uictum, si & præter Medicus: & qui curatur, ita sit à negocijs liber, ut omnia suo tempore peragar. Nam, qui in rebus ciuilibus uersatur, & multis negocijs distringitur, haic tutius est, ut nec retere temperamentum sumit mutare, sed accommoda sibi nutrimenta sumat. Porro apra sunt humidis quidem humidis, & siccis sicca. Nutritio enim fit, cum is, qui nutrit, cibus corpori, quod alit, assimilatur. Citius autem assimilantur sicca siccis, & humida humidis. Quibus uero æquale temperamentum est, ijs quanto iucundius fuerit, quod comedunt, tanto utique se magis nutriendus. At, qui inæqualem temperiem sunt sortiti ita, ut his aliud iecinoris temperamentum sit, aliud tenris, aut alicuius eorum, quæ circa iecur sunt, ijs diuersum est, quod assumptum iucundum est, ab eo, quod cuique particula est idoneum. Quoniam autem ostensum est duplex esse, quod singulis conueniens est, aliud, quod secundum simplices qualitates, aliud, quod secundum totam substantiam, quod simplicibus qualitatibus maxime aptum est, id quale nam sit, superius paulo est comprehensum, idque seu mutare intemperiem per ocium uelut, seu & cedere cogaris propter negocia: quod ex tota substantia idoneum maxime est, sola experientia discernitur. Ac maximam quidem uim habet ad ea, quæ eduntur bibunturque, non in uentre modo, sed etiam toto corpore conficienda, totius substantia conuenientia: cuius ratione nutrimenta animalibus & uaria, & speciebus multum inter se diuersa habentur: cum nulla similitudo sit eius, quod ex patet & herbis accedit, ei, quod ex ossibus & carnibus: nulla societas eius, quod ex pane est, cum eo, quod ex cicura & ueratro. nam & hæc animantium quibusdam nutrimenta sunt. Fiant autem & qualitatibus conuenientia, utique, si seruare temperamentum studes, humidis naturis humectante cibo

maxime quadrante: siccis uero eo, qui siccet: sin alterare placet, contrarijs. In eo autem, qui est in calido frigido ad intemperantiam lapsus, contraria dare semper expedit, cum & efficacissima eiusmodi intemperies sint, & (ut ita dicam) magis, quam, quæ ex siccitate & humiditate consistunt, potentes, quippe cum facile similibus nutrimentis in morbosam intemperantiam abeant. At, si siccius quoduis membrum efficias, nihil manifeste lædes: pari modo nec si humidiori siam humiditatem serues. Euidenti uero argumento tibi & ætates sint. Quæ enim à prima genitura adolescentiæ usque habentur, humidissima ijs caro est: senili ætati impense sicca. Meminisse uero in huiusmodi sermone oportet eorum, quæ in opere de temperantia sunt scripta, scilicet ne quis existimet, qui superuacuis excrementis onerantur, hos humido temperamento esse. quæ res eos, qui senectutem frigidam & humidam putarunt, falsos habuit. Non enim ipse particula senum humidior temperamento sunt, sed ipsa capacitates, quæ inter corpora parent tum senum, tum eorum, qui humidis morbis laborant, superuacua humiditate implentur. Porro eiusmodi siccus morbus sit, certa scientia cognoscet, qui librum, quæ de marasmo inscripsimus, diligenter relegerit non semel bisve, nec transcurrens, sed singulis insistens atque intantus. Sane, qui hæc commode leger, hunc exercitari prius conuenit in secundo de temperantia libro, in quo demonstratum est senis temperamentum siccum esse. Verum, quod in præsentia nobis propositum est, calidius iusto corpus, si quid in prima constitutione medij humiditatis

siccitatisque,

A. l. 1. f. 3. d. 4. c. p. 127. B

A. ibidem.

ἰνὸν ἑρῆ. i. obsequi, seu mori gerere.

A. ibidem.

siccatatque habitum habuerit, omnino id in incrementi statu (quam *στυφνότητα* uocant) siccum efficitur, idque et magis, tum celerius, si etiam natura siccius erat. Sed & senescere citius, quanto utique ad summum incrementum peruenit citius. Nam, cum omnes in remissione ætatis siccescimus, ratio est, ut, qui natura sit siccius, in senilis intemperantia siccitatem citius perueniat. Hi ergo in præcipui uigoris ætate potissimum humidam uictus rationem postulant, cuius formulam proxime descripsimus, perficitur enim humectantibus cibis ac balneis, tum exercitationum, & quæ præceteres, & quæ multæ sunt, abstinentia. Hi adeo a stans tempore & citius lauantur, & a cibo iterum prodest his & frigide potio. At uetus siccis temperamentis est inuicissima. Vitandæ quàm maxime his sunt exustiones, & lassitudines, & sollicitudines, & uigilia, & motus omnis celer. Iracundia uero, cum biliosas naturas maxime accendat, acutas febres parit. Itaque, quæ uictus ratio ijs laudatur, qui status incrementi tempore temperie sunt calida, humiditatem tamen ab ortu mediocrem habebant, hæc ijs, qui natura calidi sunt & sicci, magis conuenit. Nec dubium est, quin modus quoque excessus superantis elementi in primis considerandus sit. Si quidem carenus intendere, remittere, aut augere uictus speciem oportet, quatenus supra naturalem habitum aucta diminuatæ sunt temperamentum ad frigidiores siccioremque speciem libet, contrariam his uictus rationem exhibeas, oportet: sed id custodire placet, similem. Sane cuiusmodi nature in puerili ætate fluxionum & redundantiæ morbis maxime tentantur, irentque putredinis, quo magis & pluribus exercitationibus & exacta uentris concoctione indigent. Quicquid enim in hoc corruptum, id toti corpori morborum putredinis occasio fit. Itaque & ante cibum bis terque hinc lauent, ac calidis sponte ortis utantur, maximum inde commodum sentiunt. Quippe huc dirigitur in his consilium, ut ipsas animalis particulas seruentur humiditas. Quæ res omnis temperamenti communis est, si modo contraria ratio omnium animantium corpora citius ad senectutem perducit, ipsaque est cuius culpa omne genitum corpus mortale sit. Quippe, si fieri posset, ut temperamentum corporis humidum perpetuo seruetur, uerus sophistæ, cuius inter initia operis memini, sermo esset, qui sibi auscultantem promittit immortalitatem fore. Sed, quoniam nature progressum, qui est ad siccitatem, effugere corpori non licet, ut ante docuimus, idcirco senescere nobis contumpeque necesse est. Erit tamen id maxime diuturnum, quicquid minime siccatum. Verum cum humida uictus ratio excrementa & succorum abundantiam pariat, difficile est ita mediocritatem seruire, ut neque morbi incidat, neque senectus maturetur. Quod tamen ad ipsius temperamenti rationem attinet, qui maxime sunt humidi, ij maxime sunt longæui. Idem & sanitate, ubi corpus ad robur peruenit, plus ceteris fruuntur, & ceteris, qui paræ ætatem agunt, ualentiores ad extremum usque senium sunt. Ideoque ferreæ tum Medicis omnibus, tum philosophis, qui corporis elementa diligenter inuestigant, temperamentum id laudatum est uisum. Immo etiam unum id proinde secundum naturam se habere quibusdam est uisum. Nam, quanquam in principio sit deterius, tempore tamen reliquis præstantius euadit. Quo magis, qui tuenda huius corporis sanitati præficiunt, ijs, quæ ab ipso desunt, prospicere debet tum exercitatione (ut dixi) tum balneis ante cibum pluribus, tum uero ijs, quæ per uentrem & urinas redduntur, excernendis. Nec prohibet præterea quicquam, quin & apoplegmatibus & purgationibus aliquando utatur, antequam omnia cibis boni succi, ac uini potione, quod urinas promoueat.

De regendo corpore frigidiore, quod uel mediocriter se habeat, aut excellat altera contrarietate.

Cap. 4.

Et de calidis quidem temperamentis abunde dictum est: de frigidis deinceps agendum. Sunt porro & horum tres summæ differentie. Nam aut modice se habent in altero contrariorum pari ita, ut nec humidi sunt, nec sicci: aut alterum in his redundat, utique uel sicci, uel humidum, pessima tamé merito sicca temperatura est: quippe, quod temporis spatio senescentibus accidit, id his statim ab initio contingit. Ergo istos humectare calfacereque oportebit. Id fiet exercitatione modica, & nutrimento humectante ac calido, præterea uini calidi potione, & somno liberaliore, illud interim providentibus nobis, ut excrementa omnia, quæ uel ex cibis, uel potione proueniunt, quotidie expellantur. De ueneris usu dictum supra est, eam omnibus, qui sicco temperamento sunt, inimicam esse. Nunc uero est ex hoc numero potissimum aduersa est ijs, qui supra siccitatem frigidum quoque sunt. Nam innoxia uenus ijs tantum est, qui calidi humidique sunt: tunc uero, qui genitura naturaliter abundat: de quibus inter inæqualia temperamenta mox dicetur. Mala uero & illud frigidum temperamentum est, quod cum humiditate coniungitur, maximeque id fluxionum morbis est obiectum. Succurritur huic & balnei abstinentia, & exercitio, & tenuiore uictu, & unctioibus, quæ modice calfaciant: quarum forma narrata prius est, ubi de lassitudine egimus. At, qui frigidum natura sunt, ceterum in sicci humidique temperatura modice se habent, uisus ij uel ad sanitatem, uel ad corporis robur sunt inepti, quam qui in illis sunt intemperati: horum igitur excitare firmareque calore expediet. In humiditate uero siccatatque specie tota uictus ratio media est exhibenda. Atque hæc mihi omnia de ijs dicta sunt, quos æqualis intemperies premit, hoc est quibus omnes corporis partes ad calidius, uel frigidius, humidius, uel siccius similiter sunt inclinate.

De regendis uis, qui sunt inculpato corporis statu, & uitam seruilem uiuunt.

Cap. 5.

De ijs uero, qui inæqualem corporis constitutionem habent, non potest paucis differi præterea, quod numerose horum uarietates sunt: cum alijs alia particula male temperata sit. Sed, & si duas tantum

tantum quis intemperatas habeat, harum quoque uarietates non pauca sunt. Proindeque, cum prius docuerit, quamnam ijs exhibenda sint, quibus inculpatus quidem est corporis status, uiuunt autem uita seruilem. Huc negociosam, siue quouis modo aliter appellare placet, ab ijs uero, quamnam ijs, qui æqualem intemperantiam habent in simili uiuendi genere, trahimus de hinc ad eos, qui inæqualem in corporis partibus statum habent. Ergo salubris & inculpatus corporis status in latitudine (ut sæpe dictum est) intelligi debet: sicut etiam ipsa sanitas. Nam neque sanus esse quisquam nostrum uideri potest, ea saltem, quæ omnino inoffensa inculpataque sit, sanitate neque inculpabili esse corporis status. At sanos esse dicunt, qui nec parte aliqua corporis dolent, & ad uitæ munera haudquaquam sunt impediti: pari modo & corporis statu illaso esse, cum nec ab externis occasionibus facile in morbos incidunt, nec ab internis. Illo nimirum pro re certa prius definito, assidue ægrotare aliquos non ob proprium corporis statum, sed propter uitiosam uictus rationem, dum aut in desidiosa uitam exigunt, aut uinum laborant, aut in ciborum qualitate quantitate, aut tempore peccant, aut exercitium aliquod noxium exercent, aut in somni modo, aut ueneris immo uero usu falluntur, aut etiam ægritudine animi, curisque parum necessarijs se macerant. Quippe non paucos nouimus eiusmodi de causis quotannis ægrotare: quos tamen non dixeris uitioso corporis esse statu, sicut eos, qui, cum nullo horum, quæ cececidit, deliquerunt, tamen perpetuo ægrotant. Ergo primum propositus sermone is esto, qui corporis statum in latitudine inculpatum habet, quique alteri uiuens, toto die ministrat, aut maximo magistratu, aut monarcha: ceterum ad extremum diei liber à domino discedit. Quo loco rursus definiendam nobis est, quem finem diei dicimus: quando alias lectori sermo noster imponat, nisi certam limitationem adsequatur. Si enim dixerit dissolui tum primum hominem ad corporis sui curam, cum sol occidit, nec adiecerit quo die id uelim, circa ne solstitium æstiuum an brumale, an circa æquinoctia, an alio quopiam tempore, quod dictis interuenit, non possunt commoda præcepta tradi. Romæ enim maximi dies ac noctes, paulo maiores quindecim æquinoctialibus horis sunt: contra minimi, paulo intra nouem. In magna uero Alexandria maximus dies quatuordecim horarum est, minimus decem. Ergo, qui in breuissimis diebus, & longissimis noctibus à ministerio occidente Sole redit, huic seruari per octiduum & lauare, & modice dormire licet. Porro nemo est, cui nec in maximis, nec etiam his, non liceat aliquid mediocriter agere. Nec ipse profecto quenquam noui tam infelici uitæ sorte usum. Antoninus enim, qui imperatorum, quos ipsi uisimus, promptissimus ad curam corporis uenit, breuissimis diebus Sole occidente in palæstram ingreditur: longissimis autem hora nona, aut ad summum decima. Quare licet ijs, qui illi in diuinis officijs adsunt, ubi discessere, reliquo diei tempore corporis curam agere ita, ut Sole occidente ad somnum se conuertant. Nam, cum minima nox nouem horas æquinoctiales æquet, abunde his fuerit, si id totum tempus in somno sumserint. Ergo uidendum est, assuetus ne per antea uitam exercitatio nitalis minister fuerit, an citra exercitationem lauare. Nam sunt, qui ne eorum sui curam habeant, ut frictionem quidem sibi adhibeant, sed protinus perfusi oleo balneum ingredientur, aut etiam striguntur modice serunt ita, ut aliqui eorum nec assidue ægrotent, [nec longo tempore,] utique quibus libera corporis transpiratio est: *εὐδιαπνευστοὶ* græci uocant: eosdem aliquotum medicorum, tum gymnastarum, *ἀραιωτικῶν* græce appellant. Quin dictum & ab Hippocrate est huic generi hominum sanitate magis consistere. Air enim, laxitas corporis ad transpiratum, quibus plura per cutim feruntur, salubris: quibus pauciora, minus salubre. Hanc corporis naturam ad aliam consuetudinem transferre non oportet, sed nec ullam omnino aliam naturam, nisi quæ longo iam tempore ægrotat.

Quo pacto prospiciendum sit ijs corporibus, quæ in seruilis uita in aliquam ægritudinem facile incurrunt.

Cap. 6.

Quod si qua assidue ægrotet, disquirere in ea causam conueniet. Ea inuenietur, si initium inquisitio duplici id occasione oritur, aut redundantia, aut succi uitio. Ac, si quidem redundantia uitio ægrotare uidebitur, huic uicioria tendet uictus eius ratio, ut succos ad conuenientem modum reuocet: sin ex succorum uitio, ut pares eos faciat. Prius autem specialiter dicetur, quemadmodum prospiciendum mediocritati sit, quæ in quantitate spectatur: post, quemadmodum equalitati, quæ in qualitate consistit. Itaque iam de priore agamus, ducto tandem ad principium sermone. Vbi, quod ex corpore exhalat, minus est ijs, quæ accepit, redundantia oriri morbi solent. Ergo prospiciendum est, ut eorum, quæ eduntur ac bibuntur, respectu eorum, quæ expelluntur, conueniens mediocritas seruetur. Sane is modus seruabitur, si ponderabitur à nobis in utrisque quantitas. Qui enim balneum statim ingredientur, ijs postea frictione uti, atque etiam prius paulum dimoueri: qui uero hæc prius obierint, paululum etiam hæc ipsa inaugurare suadebimus, detrahente uero de nutrimento uel quantitate, uel qualitate, uel etiam utraque. Qui enim celeriter notabilem abundantiam acruant, ijs de utraque: qui non celeriter aut non notabilem, ijs de altera demptam esse sat fuerit, uita uidelicet homo ipse potius uoluerit. Ac, quemadmodum de quantitate dematur, notum est. De qualitate demitur, cum exigui nutrimenti cibis apponitur. Si quidem non pauci suilla nutriti, celeritate copiam acruant: cum alias requirit id nutrimentum tum frictiones, tum exercitationes plane uehementes. His igitur olera & legumina, quæ non

QUARTA CLASSIS.

L multum

στυφνότη. i. ualida.

στυφνότη. i. quantitas.

* In græco falso legitur *εὐδιαπνευστοὶ* pro *ἀραιωτικῶν*. I. quædam optimos. A. l. f. 3. d. 4. c. 3. p. 128. D

A. l. f. 3. d. 4. c. 3. p. 128.

* In græco falso legitur *εὐδιαπνευστοὶ* pro *ἀραιωτικῶν*. I. quædam optimos. A. l. f. 3. d. 4. c. 3. p. 128. D

multum corpori adijciant, præterea pisces & aues, quæ multum item non nutriant, exhibenda sunt. Qui uero uitiosos congerunt succos, ij non perinde, ut qui redundantiam cogunt, uni tantum rei sunt in ten- ti: quandoquidem nec unica est uitiosi succi species. Alij enim magis frigidum pituitosumq; eiusmodi succum congerunt: alij magis calidum ac biliosum: non nulli magis aquosum: alij rursus magis melani- cholium, [id est, qui magis atra sit bilis.] Horum ergo cuique abstinendum ab ijs cibis potionibusq; est, qui eum, quem colligunt, succum facile gignant. Porro dictum abunde de his est in tribus libris, qui de ciborum uiribus sunt inscripturæ in alio, quem de ijs, qui bonum malumue succum gignant, inscripsimus. Est & præter hos alias de ijs, qui extenuant, cibis, utilis profecto ijs, qui crudum conge- runt succum, qui crassus quidem omnino est, non tamen perpetuo glutinosus. Sane omnibus his com- mune auxilium est alui deiectione: potissimum uero quibus est naturaliter adstrictior. Communis porro est & uentris conueniens mediocritas.

De ratione cibandi & exercendi eos, qui uitam negocijs distrahunt. Cap. 7.

Quibus enim inculcata corporis constitutio est, non debent ij (uel uel sicci supra præceptum est) a uenere omnino abstinere. Illud tamen considerationem desiderat, semel ne die, an bis sit ijs, qui eiusmodi uitam agunt, comedisse, ex usu. Eius considerationis caput est & corporis ipsorum natu- ra: & ab hac, in uitæ ratione consuetudo: & tertio ab his, si mutare uictus rationem uidebitur, quo pa- cto eius mutationem homo ferat. Atque ab ipsa quidem natura, eius, quod conducer, significatio da- tur: Er eorum quidem, quibus biliosis uenter est (sic uti dictum nobis in quarto iam est, & nunc nihilo- minus dicitur) primi semper ciborum ac potionum sint, qui aluum deijciant. Ex uitijs quidem dulcia, & quæ molliu uentrem possunt. Non enim omnia eius sunt generis. Ex cibis, olera cum oleo & gario. Vitanda uero ex uinis sunt austera: ex cibis, qui adstringunt, nisi si firmandi oris uentris causa post totâ comeditionem exhibeantur. Id autem experientia quoque discernendum est. Sunt enim, quibus adstrin- gentium usus adeo aluum non comprimit, ut etiam ad deijciendam conducatur propterea, quod os uentris roborat. Quod euidentissime in ijs, qui imbecillius id obtinent, cernitur. Quicumq; uero palasitra exer- citijs ante balneum sunt uis prius, quam districtæ negocijs uitæ se addicerent, ijs ut ab ipsis abstinu- se est incommodissimum, ita, ut similiter utantur, præter incommodum etiam fieri omnino nequit. Er- go exercitatione, quæ apotheraia dicitur (de qua supra egimus) istis utendum cenfeo, & simul de suil- læ carnis modo non nihil demendum. Quoniam uero (ut ante dixi) sunt, quibus ante balneum citat- se aliquid est melius, dicendum deinceps est tum de hora, qua facere id debent, tum quantitate eorū, quæ sument, ac qualitate. Ergo, quod ipse facere insueui diebus ijs, quibus propter uel infirmos uisitari- dos, uel emilia negocia putauit me serius ad balneum accessurum, id dicere nō grauabor. Ponatur dies, quo id fit, tredecim horas æquinoctiales longus: in decimam uero corporis curandi spem esse. Hoc ca- su uisum mihi est circa quartam horam simplicissimum sumendum esse nutrimentum, qui utique solus est panis. Atque ipse quidem ita feci. Quibusdam uero pane solo uesci sine obsonio non placet, sed eū cum palmulis, oliuis, melle, aut sale sumunt: sunt etiam, qui post eum bibunt. Ego uero nec a tali cibo unquam bibo, & solum panem comedo. Sit autem cuiusq; eorum modus is, qui decima hora conco- ctus esse possit: quippe, si exercitari cupiant, eo maxime pacto citra noxam se exercitent: si quidem non leue incommodū non nullis accidit, cum repleti cibo se exercitant: non nullis enim & caput impletur uaporibus, & in iecinore aut ponderis sensus, aut distentionis, aut utriusq; percipitur. Ergo, cum tale quippiam incidit, succurrendum ei, quam primum est: si securus obstructum sit, ijs, quæ in uis eius haren- tia impeditaq; expellant: si caput repletum est, ambulationibus, sed potissimum ante cibum: nihil tam- me uetat, quin & post cibum. Ceterum has quam maxime lentas esse expediat. Illas, quæ ante cibū sunt, magis his quidē citas, non tñ quales festinabūdi usurpamus opere aliquo urgente. Quæ uero iecinori- ris meatus obstructos expedit, eadē tarditati cōcoctionis educunt: horū optima sunt oxymeli, & dia- trion pipereon, in quo nullū immistū sit medicamentū non familiare: ad hæc tenuatioris uictus. Hæc enim tarditati cōcoctionis corrigunt, & obstructiones iecinoris liberant. Vbi uero: corruptio cibo- rum in uentre accidit, quibus id, quod conuampitur, in aluum descendit, ijs maximum id compendium ad sanitatem est: quibus uero non descendit, ij prouocandi ijs sunt, quæ leuiter deijciant: cuiusmodi sunt diosporicon, utriusque cum pari cum reliquis pondere nitrum immistum habet, & quod ex ficis & eni- eo cōponitur, aliaq; quæ ex enico uel epithymo conficiuntur. Porro ijs, qui ita sunt affecti, et uomitus ante cibum conducer, uomitus autem uini dulcis potione prouocatus. Cōsulendū uero his est, ne quid humidū, aut male olens, aut deniq; facile corruptibile nutrimentum accipiat, sed, quæ boni succi sunt, (Medici enchyma uocat) potius eligant. Scriptū uero de his alibi est in ijs, quæ de boni maliq; succi ci- bis prodidimus: præterea in illis tribus, quos de ciborū facultatibus inscripsimus. Percōmodū uero ijs qui ita se habēt, hoibus est, & si ex cōueniente rpiis intervallo abūi subducāt per ea, quæ modice purgēt, cuiusmodi est dialoes amarū, sic n. pleriq; medicorū uocant, quæ admodum aliqui in fœminino genere amarā, græce picrā. Si uero longo tpe uitiosum succū augeri sinas, grauis quilibet morbus ipsis incidet. Sane possunt eiusmodi sibi curam impendere ijs diebus, quibus publicū aliquod festū celebratur, quo nimis liberi a seruil ministerio sunt. Verum multi per intemperantiā adeo nihil agunt, quo, quod ui- tiosum in corpore collectum est, corrigant, ut etiam magis ipsum accumulēt, dū uitioso uictu in ipsis fe- stis utantur. Quo fit, ut alijs eorū diutini morbi incidāt, a quibus tota uita explicare se nequeunt, (cuius generis

A. l. 1. f. 3. d. 4. c. 3. p. 123. D

* ijs dicitur in dicitur.

† ad uictum dicitur in dicitur.

* copia.

* sunt opus dicitur in dicitur.

* ijs dicitur

* ijs dicitur

A generis mala sunt & podagra, & articularis morbus, & calculus alijs acuti, sed qui uel singulis annis infestent, uel certe alsernis omnino. Aliqui uero etiam bis ita in uno anno laborant.

De gracilitate remouenda & procuranda.

Cap. 8.

Qui uero parere reculant, ijs perinde est, ac si omnino non esset. Reculant autem alij, ab ipsa in- præsens uoluptate uicti, quos incontinentes intemperantesq; nominant: alij ambitione, quam græci hodie *καυδος* dicitur, id est uanam gloriam, uocant. quorum is erat, qui quiduis potius sustinisset quam picem sibi toto corpore continenter illini, iudantibus id Medicis pro gracilitatis remedio. hæc enim non nullis propter totius corporis in sicci frigidiq; excessu intemperiem oritur: non nullis uero pro- pter digerentis in corpus, uel nutrientis, uel etiam ambarum facultatum naturalem imbecillitatem. Porro omnibus, qui ita sunt affecti, auxiliatur unguenti genus, quod a græcis hodie dropax dicitur, ut- pote quod & distribuendo in corpus alimento, & nutritioni conducit. Et sane multos ex ijs, qui prius graciles fuerunt, uidere licet hoc remedio obesos redditos, potissimum quibus digerendi facultas infir- ma erat, nutriendi uero firma, sed quæ per aptæ materię penuriam astatim nutrire non potuit: quod ei- nimur ex deducendi in corpus alimenti defectu incommodum accidit. Verum aliqui per ambitio- nem (ut dixi) ne, sicut delicati, aut, qui formæ plus satis indulgent, pice ungi uideantur, refugiant euf- modi auxilium, atque aliud quippiam sibi a nobis excogitati gracilitatis remedium inueniunt: cum tamē nulla sit, quod huic possit æquari. prodesse tamē possunt etiam hæc, si ante balneum manu nec adeo molli, nec rursus aspera corpus perfrices, quoad ruborem contrahat: deinde dura frictione non mul- ta eum cogens, densam eam duramq; efficias: ab his, si mediocri exercitatione usum, ac locum, extra tamen longam in solio moram, hominem abstergeas ad iam dictæ frictionis siccæ formam: mox ungas oleo exiguo, ac cibum offeras. Quippe studiū in his est, ubi bonum sanguinem in corporis inoleum atra- xeris, ut tum nutriceum uim firmes, tum ne, quod attractum est, exhalet, prospicias. Ac firmatur quidem nutriendi uis excitato in carnibus calore. Non exhalabit autem, qui attractus in has sanguis est, si oleo unxeris, utpote, quod emplastici medicamenti uim habet. Quod si frætas non reclamet, etiam si frigida sanatione unā cum prædictis uteris, magno fructu erit commodo. Contra uero in ijs, qui immodice sunt obesi, minuenda digestio est: augenda uero corporis exhalatio. Porro minuatur digestio assidua uen- tris deiectione, nempe assuescentibus nobis nutrimenti instrumenta, quæcunque conueniēt, ea statim pessum impellere. Corporis autē exhalatio inagebitur celeri exercitatione, cuius generis cursus est: præterea unguentis ijs, quæ euaporandi uim habent, fricando quam plurimum. Sane frictionem mollē esse conuenit, ac, quæ laxum corpus efficiat. Ipse nanque præpinguem quandam paruo tempore ad mediocritatem carnis reduxi, celeri primum cursu uti cogens, dein sudorem linteo uel molli admo- dum, uel admodum aspero detergens. ab ijs, unguentis euaporantibus, quæ hodie acopa Medici iunio- res uocare solent, largissime perfriciui: ac post eiusmodi frictionem ad balneum perduxit, a quo nō pro- tinus cibum dedi, sed quiescere interim iussim, aut etiam consuetum aliquod minus obire, rursus ad balneum secundo egit: postea ciborum multitudinem, qui parum nutriendi, apposuit, eo consilio, ut sa- turarent illi quidem, ceterum exiguum nutrimenti in totum corpus submitterent. Sed & alias, quæ to- tum occupant corpus, utraque peries simili ratione corrigere conueniēt, primum eorum, quæ agi oport- rebat, inuenio scopo: mox materijs, quæ ea præstare queant. Nam uinc compendio sermo uicinis se- mel peragatur ad eos, qui tam frictionum, tum exercitationum, tum balnearum rationes memoria te- nent: itemque ciborum, & medicamentorum. Ac de frictionibus exercitationibusq; in hoc opere supra est dictum: de cibis uero alibi, atque etiam de medicamentis. Quippe doctrina, quæ methodo, id est uia rationeq; traditur, cum communia generaliaq; complectitur, ad multa particularium tum facile re- cordabilis, tum uero compendiosa efficitur. Igo uero, cum non tantum uniuersalia potiam, sed etiam particularium exempla his apponam, absolutissimum me arbitror tradere doctrinam.

A. l. 1. f. 3. d. 1. c. 10. p. 123. D

A. l. 1. f. 3. d. 4. c. 4. p. 128. E.

Quotuplices sint inæquales corporis status, ac qua ratione, cum in capite fuerint, debeant emendari. Cap. 9.

Am ad inæquales corporum status accingi tempestiuum uiderur: hi porro etiā ualeat uinarij om- nino sunt. Sane inæquales status trifariam sunt, prout compositio corporis nostri triplex est. Vna ex primis elementis, ex quibus constant ea, quæ Aristoteles *κραισιμπε*, id est similes partes nominat. Secunda ex his ipsis similibus, quæ ipsa quoque rursus sensibilia dissimilariū partium elementa sunt: ex quibus instrumentalium compositio consistit. Tertia ab his totius corporis cōpositio ex ipsis instru- mentalibus est: ac facillima quidem tum ad discernendum tum uero curandum tertia est: difficilior se- cunda: maxime lubrica prima est. Commodius ergo a tertia incipitur, quæ faciliore se & ad cognoscen- dum præbet, & ad custodiam: ut statim in capite (neque enim alienū est ab eo cœpisse,) quod intempere- rata natura sit adeo, ut multa excrementa gignat, unde lædi subiecta uembra contingat, in quodcunq; excrementa procubuerint. Ac promptissime quidem in os & nares impetum excrementa faciunt: de- cidunt uero & in oculos: non nullis etiam in aures. Sed excrementi in os decursum tū gula excipit, tū aspera arteria, appellant hæc græci & *σπείρον*: cuius summa pars, quæ ori coniungitur, (αίμα) & autem græce dicitur) instrumentum est uocis: ut in libro de uoce est indicatum. Ergo is larynx ab ijs, quæ ca- pite decidunt, in adfectus, principio quidem raucam uocem facit, procedente uero tempore pauca.

Si vero longius etiam procedit malum, totam adimit. Quippe cum larynge arteria quoque ipsa una humidetur. Quod si aeris fluxio sit, non solum ad uocem ineptæ prædicte partes sunt, sed etiam grauiſſima quædam erofio his accedit, que talis est natura, qualis sunt, quas subinde in cute citra externam causam læsa factas uidemus. Ita uero & pulmo his exulceratur, & morbus tabes dicitur, græce τῆσι. At, si in gulam & uentriculum fluxio feratur, quæ quidem frigida est, in frigidam intemperiem corpora mutat: quæ calida, in calidam, hæc uero etiam exulcerat spatio, inter initia uero appetentiam & concoctionem labefactat. At frigida quidem fluxio tarditatem concoctionis, & cruditatem, & acidum ructus creat: quod si etiam corrupta sit, alimentum quoque in corruptelam uertit, quæ uel fumidos, uel acidos, uel alterius cuiusquam dicibilis indicibilisue qualitatibus ructus emittat. Si uero inferius se uox recipiat, & ieiunum, & crassius intestinum, quod colon uocant, & affligit. Quinctiam uasa, quæ sunt in mesenterio, & per quæ fit in iecur cibi digestio, tangit. Ac nonnullos quidem abolitio appetitus excipit: alios appetentiam a natura alienam, quas caninas appellant, aut etiam uitiosum cibi cupiditatem, qualis grauidis, quas κενόνοιας græce uocant, accedit. Sane non latet uiam quoque, & paritiam, & parulides, & anriades, & dentium erofiones, & ulcera & putredines in ore, sanietiam hæc, quæ a capite in ipsa decidit, consequi. Ac pleraque medicorum pars aut columellam incidunt, aut medicameta, quibus expui faciant, quod in pulmonem per asperam arteriam defluxit, exhibent. Alij uentri prospiciunt. Alij dentibus & ori, aut etiam ijs, quæ in naribus consistere, prouident: ut de oculis auribusque; raceam, qui ipsi quoque in non paucis læduntur: cum satius (arbitror) esset ipsam mali eum fontem tollere, caput ipsum firmando: aut, si hoc præ magnitudine naturalis intemperantiæ non liceret, saltem illi prospicere, ab ipsa scilicet uitij specie, prouidentiam indicatione semper accepta: Nec committere, ut, quod non nulli medicorum faciunt, qui omni capiti medicamentum, quod ex thapsia & sinapi componitur, applicent, id ipsi quoque faciant: quando, si ex calida intemperie caput male habet, talia medicamenta noceant. Expedi igitur hoc frequenti balneo potabilis aquæ fouere, quo & calidos uapores, qui in capite sunt, euocemus, & totum capitis temperamentum melius reddamus. Calidarum autem, quæ sponte nascuntur, noxius his usus est: si quidem, quæ ex his sulfuris, bituminosæ sunt, ex parte ea, quod calfaciunt, inimicissimæ calido naturaliter capiti sunt: aluminosæ uero, quoniam angustos habitus meatuum claudunt. Solis autem ijs sponte natis citra noxam utantur (si tamen ipsis utendum), quæ uique dulces sunt: sic enim tuto dixeris: nam, quod utile etiam aliquid ex ipsis proueniat, id uero non perinde tuto dixeris: quando nec calida fortasse forent, si omnis calfacientis medicamentosæ uirtutis essent expertes. Sarius autem sit eiusmodi aquas experientia discernere: quando etiam rare iumentum sunt: apud nos stadys ab urbe paulo plus centum: in Prusa minus decem. Ergo, quæ apud nos est in Allianis, (ita enim locum appellant) unius tora rationis est, atque ex uno fonte manans: quæ uero in Prusa est, diuersa. Item diuersis medicamentosæ aquæ fons, æque ut apud nos, in Licetis. Quibus uero caput uehementer calidum assuantur, ijs præstat æstatis tempore rosaceo perungi, quod ex rosis tantum ac sine frondibus sit confectum. Atque in hoc ipso genere illud præstantius est, quod ex crudo oleo, (quod omphacinum & omotribes græce uocant) iniectis rosis componitur, quod longe etiam melius est, si salis omnino sit expertis. Sunt capita, quæ propter arteriarum temperamentum in uertigines, (quæ græce scoromata uocant) & capitis dolores incidunt: in quibus etiam arterias incidere solemus. Sed hoc genus propofiræ artis limites egreditur. Quæ tamē ex nimis acuto neruorum sensu assidue dolent, quia capite orti plurima sui parte os uentris reuertunt, pars etiam ad reliquum uentrem descendit, his sane mederi propofiræ iam artis officium est: potius tamen consilium est id agere, quo minus hæc ullo modo incidant, cauendo, ne aut biliosus humor in uentrem profusus confluat, aut quam celeritate inde expellatur. Atque, ut ne profusus quidem confluat, consilueris, si citius cibum exhibeas. Vbi enim totius corporis biliosus temperamentum est, uenter autem imbecillus, utique cibo, qui uentrem roboret (eustomachum græce uocant) firmari postulat. Vbi enim ita non prospicitur, defluunt in eum, quas corpus acernat, superuacue sanies, quæ græci ichores uocant. Ex quarum uapore non solum capitis dolores non nullis oboriuntur, sed etiam iussusorum, quos hypocheomenos uocant, symptomata: aliquibus uero & comitialis conuulsio. Horum itaque omnium in uersa uictus ratio ad frigidius potius humidiusque mutanda est. Quod autem in uentrem confluat, id uomitione, ac uentris solutione expellendum est.

De inæquali statu uentriculi, siue aliunde, siue in seipso causam consistant. Cap. 10.

Stomachus uero cibi quidem quotidie prius, quam bilē contrahat, firmandus, purgetur uero medicamentis ex maiore interuallo, absinthij coma, & compositione ex aloë, quæ picram uocat. quippe hæc, quod altius in tunicas biliosæ uentris se recepit, expurgat, absinthio parum id præstare ualere. Est enim absinthio uis tūa detergēdi, adstringēdiq; ac talis, quæ (ut sic dicā) sordes tunicarum uentris detergeat, nō, si quid altius in eo imbibitum est, foras extrahat atq; expellat, sicut aloë. Quæ aut post hæc uentri extrinsecus admouetur unctiones, ex modice astringētes sunt, ut melinū, mastichinū, & nardinū, & alia id genus. Ac æstate quidē potius melinū, hyeme nardinū, uere mastichinū. Nam id medium est inter melinū & inguentum nardinū. hoc enim calfacit, potissimum cum amomum liberalius immixtum habet: illud refrigerat. Est autem opulentijs uulueribus, & quod præstantius nardino unguentū sit, nepe foliatum:

Ape foliatum: præterea, quæ spicata uocant, quæ uentrem & roborare possunt, & calfacere. Si uero non modo caput calidam sanietem uentris partibus transmittit, sed etiam uenter ipse calidam intemperiem habeat, utique, qui frigeſciant, tum cibo, tum potione semper uti conuenit, atque eam qualitatem in his pro temporum anni ratione intendere uarie, ac remittere, nunquam tamen ad contrariam peruenire: id quod in ijs, qui medijs temperamenti erant, fecimus, hyeme calfacientes, æstate refrigerantes. Ad eundem modum, si utraque pars frigida intemperie sit affecta, semper calfacientibus tum cibis, tum potione, tum unctione utendum est: uarie tamen ea pro temporum ratione iudicanda remittendaque sunt. Porro difficilis connexio est, quoties uel in calidum uentrem frigida & pituitosa sanies defluit, uel in frigidum calida. Atque harum duarum alteram semper expertus sum magis ad curandum rebellem, nempe in qua frigidi pituitosique succi in calidum decidunt uentrem. Pessimus uero is status est, cum homo ea compositione naturaque est, ut nec uentrem facile solubilem habeat, nec uomere ex facili possit. Contrumpuntur enim pituitosi humores, si diu sint in uentre morati, adeo, ut & ipsum erodant, & simul uitiosos interim halitus ad caput submittant. Nam, si pituitosus succus a capite in frigidum natura uentrem decurrat, facile his succurritur, si mane aliquid simplicis medicamenti sumperint, quod dia trion piperon dicitur. Sed & piper solum ad exactum contritum lactorem aquæ mixtum bibere his licet. Ad quem usum melius stomachoq; aptius album piper est. Porro absinthij potio his est aduersissima, ut quæ pituitosum succum ipsorum uentri affigat, cum detergendi uim non habeat, quæ adeo sit æstimanda. Sed nec aloë ualde his conducit, cum ei biliosi trahendi humoris facultas sit: eoq; excogitata salubriter est compositio, quam picram uocant, quæ acrimonia caloreq; eorum, quæ in se habet, crassos & lentos succos dissecat ac deterget, cuius generis cinamomum est. Verum assidue uti hoc medicamentum non licet, sicut dia trion piperon, aut dia calamintus: quibus etiam si quotidie utatur, quem frigidus uenter infestat, nihil incommodi ex his sentiet. In totum ergo ad aloës drachmas centum, reliquorum cuiusque conijciuntur drachmæ sex, quæ ipsa quoque sex sunt. Atq; hæc est picra, quam Romæ omnes præparant. Ego uero etiam alias duas compono, atq; in altera, eorum, quæ calfaciunt, plus in altera minus conijcio. At plus quidem reliquorum immiscebimus, si de aloës folijs pondere detrahemus sic, ut in illius drachmas octoginta, reliquorum cuiusque addamus sex. Minus uero, cum aloës modum atgebimus, uiginti drachmis adiectis sic, ut centum uiginti eius drachmis ceterorum cuiusque adijciamus sex. Minime uero latet, & quod in penuria cinamomi pondus pro eo sit optima: calix duplum, quam alias ea esse uirtute nonnulli putant, ut nihil ab inualido cinamomo absit. Nam à generoso etiam talis calix longe superatur. Verum, sicuti in boni panis inopia uel uilissimo uescimur, sic in cinamomi penuria, exquisitissima utemur calix. Ac in quibus quidem uenter aut frigidus est, aut etiam temperatus, ceterum ad frigus propensior, ijs aptum medicamentum est, quod diospoliticon uocant. Quod ipsum quoque dupliciter confici assueuit, ijs, qui alio sunt adstricta, nictro, quod Bernicarium uocant, cum cumino, ruta, & pipere, pari pondere admixto: pro ijs, qui solata sunt, dimidio. Conuenit tanque inter omnes ab hoc medicamento & pituitam extenuari, & spiritum statulentum expelli. Grauis autem nec facile tractabilis complexio est uentris, qui intemperanter calidus sit, cum frigido capite. Quæ enim in uentrem defluit pituita, dia trion piperon ac dia calamintus eger, etiam cuius modo mentionem fecimus diospolitici. Os autem uentris ab ijs, quæ calore accendunt, offenditur. Ergo in ijs, qui ita sunt affecti, id agendum, ut pituitam dissecet detergeatque ijs, quæ haudquaquam calfaciunt, quod genus oxymeli esse nouimus. Iam lubrica atque ad curationem difficilis connexio est, ubi tales partium affectus coierint, in quibus os uentris (quem stomachum uocant) imbecillum est ac nauosolum, uenter autem ipse retinetur. Quippe, quæ hunc laceſcunt, stomachum omnia subuertunt ita, ut in summo eius cibi naten, & nauosam subinde excitent. His necessario incidit, ut cibum parum belle concoquant. Quod si contra illis ea, quæ stomachum firmant, exhibueris, etiam in tertium quartumque diem ipsis uenter sistitur.

Huiusmodi igitur hominibus unicam uictus rationem conuenire animaduerti, nempe ut primo loco olera cum oleo & garo, allaque, quæ uentrem mollire solent, sumerent: post iustum autem cibi modum, aliquid eorum, quæ stomachum roborant, acciperent. Ea sunt mala cotonea, & pira, & punica. Quippe aliqua sunt horum generum, quæ citra acorem astringant. Ipse autem, qui affligitur, omnibus scorsum usu exploratis, quod minime noxiū iucundissimumq; inuenit, eo uitior. Non multum autem de horum singulis est sumendum, sed quantum (ut dixi) imbecillitatem stomachi sufficiet. Nam eiusmodi horum usum uentrem soluere experientia comperi. Atq; in totum magis, qui ita sunt affecti, desideret, si quid adstringens post cibum sumperint, quam si eo profusus caruerint, propterea, quod os uentris iam roboratum & trudit deorsum, quæ in summo natan, & cum his una, quæ in toto superiore sunt uentre: tum uero ipsum ciborum momentum in intestina quoque exceptum seruant, ipsa quoque impellentia, quæ a superioribus accepterunt. Videtur enim ipsa tum impellendi, tum expellendi uis, etiam si à sede ipsa aliquid sursum impulerit, ipsum uentrem longissime tueri, quamuis præter naturam sit eiusmodi animalis corpore transitus. Ceterum ita se habere, ut dicimus, intelligere licet, si, quod sæpe nobis accidit, ad memoriam reuocet. Nam mordax interim humor in locum aliquem sedi uicinum receptus, ad expulsionem sui nos irritat, quem tamen cohibere propter ciuilia negotia coacti, nec ab his expediti cum expellimus, & facta conuersione eius, caput inde dolere sæpe-

* In græco edico additur de uentris. l. 4 capite. A. l. 3. l. 1. t. 2. c. p. 348. E

* Reperitur, aut Reperitur. l. 4. p. 348. E

* In græco edico additur de uentris. l. 4 capite.

† In græco edico additur de uentris. l. 4 capite.

accedunt, quæ sibi propria sunt: ut iumenta ad herbas, scœnum, paleam, & hordeum: leones, pardus, ac lupi ad carnes ducantur, atque ut non exigua est in animalibus differentia pro varijs alimentorum propriorum generibus, sic in eodem etiam genere multa, magnæque discrimina reperiuntur. multa enim sunt, quæ ut gustare quidem unum possunt: quod tamen alia plurimum sine molestia bibunt. multi quoque sunt, qui hircorum, bouum, arietumque carnis cum iucunditate vescuntur: & cum edierint, sine labore conficiunt: cum alij nec carum quidem odorem ferre possint, easque si propter penuriam esse cogatur, ut in fame plerumque fit, concoquere nullo modo queant: immo uero & stomachus commouetur, dum offeruntur, & subinde se grauari sentiunt. sique ulla moueatur eructatio, id etiam sine molestia ferre non uidentur. quod cum ita sit, hoc primum est in memoriam reuocandum, homines quædam sibi offerre maiore cum uoluptate, habita naturæ suæ ratione, quam alia: hisque ueluti, quod facillimo ad concoquendum eis uideantur. contra uero, quæ ori ingrata sint, fugere, & auerſari, in potestate quæ concoqui ab eis non possint. quam ob rem uidemus, hoc loco consuetudinem esse signum cuiusdam nobis indicæ proprietatis, ac consuetudinem quoque esse interdum eius causam, uel hoc argumento facile cognoscere: quod aliquibus nonnullarum rerum usus in principio ingratus est, & noxam etiam afferri: cum tamen paulatim affuerint, eas res neque ingratas, neque noxias illis esse. cuius rei ipsa cõsuetudo causa est, ut eum unumquodque eorum, quod edimus, aut bibimus, in qualitate immutatur: ita etiam id ipsum, a quo immutatur, quodam modo afficitur, quod uel ex humorum differentia, qui ex ijs, quibus uescimur, gignuntur, perspici potest: cum ex alijs non parum acris bilis, ex alijs pituitæ aut fluxæ bilis plurimum, ut ex alijs purus sanguis procreetur: ut etiam necesse sit, in ipsis quoque particulis pro illius sanguinis, à quo illæ nutriuntur, diuersa ratione aliqua uarietatem suboriri. iam uero dissimilitudinem quædam esse inter ea, quæ alunt, quæque aluntur, tum semina, tum plantæ evidenti esse argumẽto possunt: quæ ita per sepe commutatur, & uariantur, ut quæ alicubi esse plurimum noxia consueuerint, alio translata non modo non innocua, sed etiam uilia reddantur. quibus de rebus multa memorata sunt ab ijs, qui de agris colendis, deque plantis conscripserunt: si quidem longo usu hæc illi perceperant. quin etiam multa de regionum permutacione tradidere, qui animalium historias literis mandauerunt. itaque cum non modo id, quod corpus alit, ab eo, quod alitur, immutetur: sed ipsum quoque exigua immutacione quadam afficiat: ut licet ea sit perexigua, tractu tamen temporis necesse sit, ut subinde aucta, tandem tanta fiat, ut notabilis uideatur: sit, ut ea, quæ longa sunt consuetudine comparata, uim fere naturalis proprietatis contraxerint.

Quam uim consuetudo ex immutacione externa inducenda habeat. Cap. 3.

Nunc autem reperta causa uirium consuetudinis in ijs rebus, quæ ad cibum, potumque pertinent, deinceps de ijs, quæ foris occurrunt, sermo instituat. hæc enim eiusdem generis causam cum illis habere existimantur: siquidem immutacione quadam corpus afficiunt, & corporis eas partes in primis, quæ exteriora sunt, & omnibus perspicue: mox uero internas, quæ abditæ sunt, primum. nam in rebus refrigerantibus cutis densatur, & attingitur: deinde alie particularæ, quæ sunt cuti proximæ: at tandem illius immutacionis communiõ eas quoque, quæ in profundo sunt demersæ, pertingat: si modo corpus illi immutacioni diutius fuerit obnoxium. hoc autem sit primum, & per se: cum etiam ex accidenti, & non primum, partes, quæ in profundo sitæ sunt, nihilominus immutantur: quod calor internis in partibus corporis creascit, cute uel frigoris cõdensata, at uero licet refrigeras causa tales immutaciones inuclit, ita caliditas harum cõtrarias affert. est enim ea cõtrariõrum natura, ut sit a cõtrarijs. ea tamen lege, ut hæc primum, & per se, illa uero ex accidenti à cõtrarijs gignantur: sicut etiam ab una, eademque causa contraria fiunt. quocirca fit ut in ijs, quæ calfaciendi uim habent, facile decipiamur. Nam calida causa, qualis est sol, si corpori alicui diutius adhaerit, affectione cõtraria ei, quæ prius inducenda erat, eandem imprimet. in principio autem, dum nos calefacit, humores fundit, cutem lenit, carnemque molliorem facit. at si æstiuo tempore multos dies sub sole nudus quispiam degat, eius profecto cutis arida, duraque, & carnes ite duræ euadent. id quod non modo a calore, sed etiam a siccitate, quæ illi iuncta est, efficitur. quæ res in causis expeditis non medioeriter nos fallit, dum aliam cõm priorum annexam præterimus. nosse autem debemus, aliam esse humiditatis caloris, aliam siccitatis rationem, cui rei dum aium aduertimus, non nunquam decipimur, nec propria utriusque causæ actione distinguimus. at qui recte in hæc intueatur, is utriusque causæ rationem accurate perspiciet. ut enim humor sine calore, aut frigore notabili corpora humectat, calorque calfacit: ita si ambo in unum cõueniant, utraq; pariter efficere uidebunt. id quod ex dulcibus aquarum balneis præstari uidemus. in æstu uero, quæ ex sole existit, siccitas est cum calfaciente causa cõiuncta: siquidem æstiuus sol est eiusmodi. proinde fit, ut qui nudi sub eo sole diutius fuerint, ut messorum, nauarumque faciunt, eis arida, duraque cutis, & qualis fere est in solidioribus animalibus, efficiatur. iam igitur quemadmodum naturalis corporum, totiusque essentia proprietates, itemque cutis differentia ex duritia, mollietateque, ac densitate & raritate profecta tum uariam ciborum, potuumque rationem postulant, tum etiam non omnes, si calidius, aut refrigerantius, æqualiter afficiunt: sic etiam, quæ consuetudine comparantur, ut pote quæ proximè ad naturales accedant, ex ciborum, potuumque assumptorum, & item refrigerantium, calfacientiumque immutacione idem, quod priores, tum cõmmodum, tum incommodum afferunt. corpus enim durum, ac molle, dum calebit, aut refrigeratur, facile patitur: durum contra, facile fert, quicquid ei extrinsecus occurrat: ac facile spernit, non modo si illud refrigerat, & calfacit, sed etiam si durum, asperumue sit. quocirca si tales homines humi decumbant, facile

† Graecus hunc non habet: per se. ut neque paulo post. sed quia uerum interpretis ad id: ideo que nos omnia.

A facile tolerant: quod tamen ab ijs, qui cõtrario in statu sunt, ferri non poterit: propterea quod facillime collidentur, refrigerabuntur, & caleſcent: tandem ita erunt comparati, ut à quauis re male afficiantur.

De ut consuetudinis omnium & animi, & corporis exercitationum, ex Platone, Hippocratisque sententia. Cap. 4.

Horum erit hæc ratio: exercitationum uero ea, quam subiungam. partes corporis, quæ exercentur, & robustiores, & solidiores redduntur: proinde suas motiones obire, ac ferre facilius possunt, quam ceteræ, quæ quoniam ab exercitatione feriate fuerunt, molles sunt, atque imbecillæ. eadẽ est animi exercitationum ratio: quibus solemus uti, ut annis puerilibus in grammaticæ artis studijs, mox uero in artis dicendi præceptis, tum in geometricis, arithmetisque disciplinis, & differendi facultate exercentur. cum enim illæ facultates, quæ ad principem animi nostri partem pertinent, ad omnes sint artes necessariae; quippe cum illa nobis hoc præbeat, ut quid consequens, quidque repugnans sit, cognoscamus; illa uero, ut memores simus: a prima id consequimur, ut sapientiores simus: ab altera, ut maior in nobis sit uis memoriae; tamen harum facultatum ea natura est, ut exercitatione augeantur, uiresque nanciscantur: ratio uero contabescant. quod etiam in Timeo testatus est Plato, ubi habet hæc fere uerba: Sæpe inquit, tres animæ species tribus modis distributas in nobis esse litas: ac singularum uires, ac proprios motus esse communiuimus. id ipsum nunc quoque paucis iterandum est: si qua earum cessacione torpeat, & a suis motionibus quiescat, eam infirmam effici necessario: quæ in exercitationibus uersatur, eam euadere robustissimam. quocirca danda opera est, ut singulæ suas motiones inter se moderatas habeant. quæ cum dixisset, hæc statim subiunxit: De ea autem animi parte, quæ summum in nobis locum tenet, sic est existimandum: eam a deo, quasi dæmonem unicuique esse attributam: quam etiam in supremo nostri corporis loco habitare dicimus, nosque a terra, ut cum celo affinitate iungere uideamus, extollere; tanquam plantæ non terrena, sed caelestis simus. idque rectissime pronunciamus. unde enim prima animi nostri origo manat, inde caput, radicemque nostram deus suspendens, totum corpus erigit. quam ob rem in eo, qui in cupiditatibus, cõtrariõibusque assidue uersatur, ac nimium in id studium incumbit, profecto fieri non potest, quin omnia illius mentis cogitata sint mortalia: ac nihil ab eo absit, quin, quoad eius fieri possit, ipse mortalis euadat: utpote qui mortalem partem adaugendam studiose curauerit. qui uero disciplina, ueritatisque studio addictus sit, & præ omnibus ijs, quæ in eo insunt, in hoc uno se diligenter, seduloque exercuerit, necesse omnino est, si is ueritatem attingit, ut immortalis, diuinaque sapiat: ac nihil immortalitatis, cuius esse humana natura capax queat, in eo desideretur: atque etiam, cum id, quod in se diuinitatem habet, suumque dæmonem præcipue semper excouerit. sit felicissimus. porro cuiusque una omnino est excolendi ratio, nimirum ut cuique suum pabulum, sitaque motio tribuatur. hæc sunt, quæ Plato de triplici animæ parte nos docuit, quæ non modo ad philosophiam, sed etiam ad bonam corporis ualitudinem tuendam esse nobis adiumento poterunt: estque in ijs Hippocratem imitatus, qui hoc uniuersè protulit, usus robur addit, ocium dissoluit, & eneruat. speciatim uero de exercitationibus ita scriptum reliquit, Labores cibum præcedant: particulatim uero omnes complexus est, cum ait, Labores, cibi, potus, res uenereæ, omnia moderata: proinde hic locus est diligenter attendendus. ne si cum negligenter transeamus, quod in alijs plerisque contingit, minus recte intelligatur: ut ab aliquibus fieri animaduertimus. neque enim id quarimus, ut corpora ea exercitatione fatigentur, quæ moderatos terminos, modumque congruum excedat: quæque eo usque progrediantur, ut uires dissoluantur: sed cibo, potui, uigilijs, & item rebus uenereis apta denique mensura adhibenda est, quæ res ipsas neque longius, quam par sit, producat: neque etiam de eis demat: quando exuperantia uires dissolunt, defectiones uero tantum de utilitate detrahunt, quantum a recto modo ipse abfuit. id autem unico exemplo est nobis declaratum, cum ita ab Hippocrate scriptum est: in omnibus exercitationibus, cum dolere quis coeperit, si mox quiescat, ab eo incommodo liberatur. quæ sane oratio ex ipsa huiusmodi rerum affinitate aliquid etiam de animi exercitationibus nobis innuit: quo genere memoria, meditationes, rerum inuestigationes, ac ratiocinationes continentur: quarum omnium mentionem ab Erasistrato in libro de consuetudinibus factam comperio. nec tamen ullam huius rei causam ille attulit, quamuis non modo ab Hippocrate, sed etiam a Platone ipsam esse allatam patens uidere potuisset. ea nempe est, nostris facultatibus, quæcunque tandem sunt, robur comparari, si in exercitationibus moderatis, congruentibusque uerentur.

Evacuaciones, quibus aliqui uti solent, illis non ex consuetudine sed alia ratione prodesse. Cap. 5.

Atque hæc quidem sunt consuetudinum differentia, quæ a ui materis, in qua uersantur, & item ab illis, a quibus sunt, sumuntur. Erasistratus autem rationem euacuacionum in quaestione quoque reuocauit. quarit enim, in euacuacionibus quomodo corpora quæ euacuari solita sunt, tractanda sint. hæc res, inquit, disquirenda est: quippe nouimus nonnullos, quibus sanguis e naribus per quosdam circuitus, aut etiam certos, aut item nullo seruato ordine, uel ex humorum hoidibus defluxit: alios, qui uomitibus, aut alui profluuio, aut cholera sunt correpti: sicut etiam multi comperiuntur, quibus mitti sanguis uena in tibia, aut alibi sicca, solent. sunt præterea, quibus purgantia medicamenta damus, uel quæ uomitum proxiunt, uel quæ aluum cieant: quæ omnia peruelliganda nobis sunt. at mihi hæc euacuaciones uidentur non ex consuetudine corporibus debere, sed potius ab eadem causa esse corporibus comparatam, ut hæc euacuaciones requirant, a qua etiam primum factum est, uel natura hoc ipsum per se

Gal. de consuetudine

se moliente, uel medici alicuius opera, ut huiusmodi euacuationibus indiguerint. quidam enim sunt, **E** qui ex uitiosa uictus ratione, quidam ex praua quapiani corporis affectione plurimum sanguinem, aut uiciosos humores coaceruent: qui maxime iunantur, cum aut natura ope, aut a medici consilio, detrahatur id, quod superuacaneum est prius, quam in morbos illabantur, quocirca nonnullis usu uenit, ut dum morbo tenerentur, facta per eiusmodi euacuationes iudicatione, sint liberati: nonnulli medico adhibito similibus uel praesidijs, incolumes euaserint. & cum alias iterum in similem morbum incidissent, eisdem etiam remedijs curati sunt. quam ob rem si eis postea eueniat, ut uel corporis grauitate, uel capitis solius inaequalitate quadam, aut alio quouis symptomate ex ijs, quae praeter naturam corripere homines solent, confliscerent, statim ea de re medicum consulunt, aiuntque se mirum in modum uereri, ne, quoniam eadem haec symptomata in eis apparent, eosdem in morbos cadant, quibus arrepti antea fuerant. itaque praemissa quadam corporis purgatione, aut sanguinis missione, imminentem modum effugiunt, ac quotiescunque postea symptoma aliquod ex illis exortiri in se sentiunt, tum promptiores illud idem remedij genus admittunt, non desunt etiam, qui prius, quam aliquod eorum symptomatum persentiscant, apperente eo tempore, quo per certos circuitus ea solita sunt illos inuadere, similem euacuationem accelerent: ac deinde aiunt, eam in consuetudinem abijisse, qua a morbo custodiantur, quanquam huiusmodi euacuationibus corporis mutationem patiuntur: ut superiores **A** **F** los pati ostendimus; sed idem semper ab eadem causa patiuntur, qui quidem si uictus rationem commutarent, deque cibi copia aliquid detraherent, exercitationesque augerent, a morbo uacui seruarentur, praeterea uero ex mutata consuetudine non modo, ut illi priores, non laederentur, sed etiam fructum aliquem ferrent, causa est, quia euacuationes eis non proderant, quod ita euacuati consuescent: sed quia ex uitiosa uiuendi ratione magnam prauorum humorum uim in corpore colligebant.

QUARTAE CLASSIS FINIS.


R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L.


Omnes sunt Quaterniones.

V E N E T I I S,

Apud Vincentium Valgrisiu. 1562.



*Stulte quid est mundus, mortis nisi causa futura?
Entruit in vitis en perit ille futis.*



*I. Ioan. 2.
Mundus transiit: concupiscentia eius, qui
ante facit uoluntatem Dei manet in eternum.*